II

TRACTATVS

DE HOMINIBVS PROPRIIS,

IN QVO TVM VETERIS, TVM HODIERNÆ ſervitutis jura breviter ac dilucidè explicantur.

Auctore

IOHANNE FRIDERICO HVSANO.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV
IHS

HAMBVRGI
Excudebat Jacobus Wolff.
Anno M. D. XC.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AMPLISSIMIS

rudentiſsimiſq; viris DD. COSS.
& Senatoribus inclytæ Reipubl.
Luneburgenſis, S.

NOn deerunt, ſat ſcio,
viri Ampliſsimi, qui
inſtitutum meum im-
probaturi ſint, quòd
hac ætate conſtitutus, juriſq; ci-
lis ſcientia non admodum in-
uctus, libellum hunc in publi-
adparêre voluerim. Sed quo-
m uſitatum eſt in omnium di-
plinarum tyrociniis, ſpecimen
quod progreſsus atq; eruditio-
ſuæ cæteris dare, ſuiq; pericu-

lũ facere; facilè apud A A. V V. & omnes bonos viros ſuſceptæ hujus veniam provinciæ me impetraturum confido; præſertim quum permultos id ætatis idem videam tentaſſe. Etſi verò nonnullis hæc, quam conſcribendam aggreſsus ſum, per exigui uſus materia videri poſset, veteri quippe ſervitutis jugo inter nos ſublato: Tamen nemo veſtrum eſt, qui neſciat, quã multa adhuc paſsim, ac præcipuè apud nos, priſcæ illius ſervitutis extare veſtigia. Quare operæ precium me facturum putavi, ſi, quæ ſparſim à Doctoribus, maximè à Jacobino tradita ſunt, in unum colligerem, indeq́; ſingula-

ingularem conficerem tracta-
úm; In quo hoc inprimis curæ
nihi fuit, ut & communiori &
veriori Doctorum opinioni ad-
ærerem, textuſq; & auctoritates
ideliter citarem; quorum alte-
um me ſecutum, alterum aſſecu-
um ſpero. Cogitanti autem mi-
i, quem potiſsimum lucubrati-
nculis hiſce meis adverſus male-
olorum injurias deligerem pa-
onũ, nemo dignior A A. V V.
ccurrit; exigentibus id à me ve-
ris quàm plurimis beneficiis,
uibus cum parentem meum be-
æ memoriæ, tum me meoſq;
undè affeciſtis, & adhuc cu-
ulare non deſtitiſtis. Has igitur

 ingenii

ingenii mei primitias, Ampliſsimo nomini veſtro jamdudum conſecratas, in aliqualem ſaltem debitæ gratitudinis & obſervantiæ teſtificationem nunc offero, eaſq; ut ſuſcipere dignemini, vehementer & obnixè rogo. Nam ſi modò vobis probabũtur, nihil eſt, quod cæterorum judiciũ pertimeſcam. Deus opt. maximus A. A. V V. Eccleſiæ & Reip. bono perdiu incolumes ſervet. Roſtochio ipſis Calendis Januariis Anni ineuntis M. D. X C. quem toti Chriſtianæ Reip. feliciter evenire ex animo cupio.

A. A. V. V.

Officioſè colens

Johannes Fridericus Huſanus.

133 A: 8.

TRACTATVS DE Hominibus propriis.

CAPVT I.

Summae.

Homines jure naturæ liberi.
Et prædia.
Quælibet res præſumitur libera.
5. Duo capita juris gentium.
Ariſtotelis ſententia falſa.
Servi unde dicti.
Bellum quid.
Primum requiſitum juſti belli.
Belli indicendi modus jure veteri.
Bellum injuſtum indicens latro eſt.
13. Bellum non niſi publica auctoritate poteſt ſuſcipi.
An cuivis licitum ſit, indicere bellum.
Soli pontifici & Imp. Rom. belli indicendi poteſtas eſt.
Item Regibus & liberis civitatibus, ſuperiorem non recognoſcentibus.
Principibus inferioribus bellum gerere vetitum.

Fallit

18. *Fallit in caſu neceſſitatis.*
19. *Neceſſitas facit, quod illicitum eſt, licitum.*
20. *Hodiè in imperio quæcunq; bella vetita.*
21. *Alterum requiſitum juſti belli.*
22. *Hoſtes veteribus qui.*
23.24. *Hodiè qui.*
25. *Perduelles.*
26. *Qui hoſtium adpellatione veniant.*
27.28. *Differentia inter crimen perduellionis & læſæ majeſtatis.*
29. *Pœna læſæ majeſtatis reorum.*
30.31.32.33. *Latrones qui & unde dicti.*
34. *An vetera captivitatis & ſervitutis jura hodiè inter nos obtineant.* *(unt.*
35. *A latronibus aut confœderatis capti, ſervi non ſi-*
36. *Teſtamentum ab eo, qui in latronum poteſtate erat, factum, valet.*
37. *Orbis Chriſtianus civitas filii Dei.* *(bella.*
38. *Diſſenſiones civiles potiùs ſunt latrocinia quàm*
39. *Iure divino inter Iudæos ſervitus invicē vetita.*
40. *Captivi, redemptionis precio perſoluto, dimit-*
41. *Dedititii non occidendi.* *(tuntur.*
42. *Fallit, ſi capi non queant, aut nolint.*
43. *Res penes captivos inventæ, fiunt victorum.*
44. *Capti ab infidelibus, fiunt ſervi.*
45. *Et eorum teſtamentum eo tempore factum non convaleſcit.*

jure

IVre naturæ non ſolum 1.
homines, § jus autem
gentium. De jur. nat.
gent. & civil. ſed et- 2.
m prædia l. altius. 8. ℂ. De ſervit.
aq. cæteraq; res, quas rerum na-
ra gratia hominum comparavit,
n pecudum 28. § 1. De uſur. § in
cudū. De rer. diviſ. liberæ erant;
de & qualibet res, omniſq; perſo- 3.
ab initio libera præſumitur, niſi de
vitute doceatur, Jacobin. de ho-
g. num. 37. verſ. in contrarium,
n ibi alleg. Alciat. lib. 2. præ-
nt. 3. Schurff. conſ. 69. num. 1.
t. 1. Menoch. lib. 3. præſumt.
per tot. Verum uſu exigente, & 4.

humanis neceſſitatibus, hominũ genus jus quoddam ſibi conſtituit, quod gentium adpellatur, d. §. jus autem
5. *gentium; & duobus conſtat capitibus! Res dividere; & punire ſontes, l. manumiſſiones. 4. cum. l. ex hoc jure ſeq. De juſt. & jur. Sub illo comprehenduntur diſtinctiones dominiorum, gentes diſcretæ, regna condita, agris termini poſiti, ædificia collocata: ſub hoc magiſtratus, judicia,*
6. *pœnæ. Ex quo adparet, falſam eſſe Ariſtotelis ſententiam in lib. 1. politic. c. 3. ubi ſervitutem ad jus naturæ refert; quum natura æquabilis parens omnes homines à principio liberos genuerit; d. § jus autem gen-*

tium

m. § 1. De jur. perſ. l. ſi quod. 64. e cond. indeb. Sed ingruentibus 7.
llis, ſuborta eſt ſervitus eorū, qui llo caperentur, ut docet Imperator §. ſervi. De jur. perſ. ſubdens à vando primū dictos ſervos, quia tivi à ducibus non occidebantur, vendebantur, Steph. Forcat. tr. ſervitut. in pr. num. 4. Varro 5. Etymolog. Hinc Horat. lib. 1. iſt. 16.

Vendere cum poſſis captivum, occidere noli,
Serviet utiliter, ſine paſcat durus, aretq;.

Bellum eſt actio à legitimo ma- 8.
ratu ſuſcepta, velut vim à ſe, ſu- propulſet, & ſine injuria in pace vat, vel ut pœnam de malefacto- us ſumat, velut violenter ablata

recupe-

recuperet. Ferrari⁹ in pract. in form. libell. in act. real. §. jure dominii. num. 16. & ſeqq. Cicero lib. 1. offic. vel, Eſt diſſenſio hoſtilis, qua edicto principis, vi & armis ſcelera reprimuntur, ut homines pacatè & tranquillè ex juſtitia & pietate poßint vivere. Petr. Martyr tom. 1. locor. commun. claß. 4. loco 16. fol.
9. *mihi 1052. Vt autem juſtè bellum ſuſcipiatur, diffidationem, id eſt, denunciationem præcedere oportet. Iaſ. in l. ex hoc jure, num. 30. De*
10. *juſt. & ju. Olim fecialibus ea cura incumbebat, ut deſcribit Varro, lib. 4. de ling. Latin. Gellius lib. 16. c. 4. Livius lib. 1. ab v. c. Ex quo ſequitur.*

quod illi,qui bellum injuſtum in-
nt,aut indicendi poteſtatem non
nt, potius ſint latrones, quàm
s. Item quod bellum non niſi pu- 12.
, vel ſupremi principis auctori-
poſsit denunciari. fac. text. in l.
s,118.ibi,quibus nos bellum de-
imus &c. De v. ſ. Et ideò ſi 13.
atim, vel ab eo, qui non habet
tatem, bellum ſuſcipiatur, nihil
belli agi poſsit; Iaſ. d. loc. An 14.
quilibet princeps aut juriſdicti-
habens poſſit indicere & in-
bellum, quæri ſolet? In quo vi-
r plerorumq; opinio & inprimis
. in l. hoſtes 24. De captiv. &
reverſ. ſolum pontificẽ & Imp. 15.
Rom.

Rom. habere poteſtatem indicendi
16. *& inferendi bellum. Quod tamen ad alios quoq; Reges, Reſq; publicas non agnoſcentes ſuperiorem, exten-*
17. *ditur, per Iaſ. in d. l. ex hoc jure. Cæteri verò reges & principes, recognoſcentes ſuperiorem, non niſi auctoritate illius bellum ſuſcipere poſ-*
18. *ſunt. Quod tamen fallit, quando ob ſubitum & præſens periculum illicò*
19. *arma eſſent expedienda; quo caſu reg. illa locum habet: Neceſsitas facit licitum, quod alias iure eſt illicitum, c. quod non eſt licitum. De reg.*
20. *iur. in 6. Hodiè per novellas conſtitutiones Anno Chriſti 1530, Item Anno 48. & 55. de pace tenenda*
publica-

licatas, omninò prohibita ſunt cũq; bella, quas videre licet. Vi- Gaill. De pac. publ. lib. 1. c. 4. cum ſeq. Alterum requiſitum 21.
belli eſt, ut contra hoſtem ſuſci- ur. Hoſtes olim propriè erant pe- 22.
rini, dicti ab hoſtiendo, id eſt, æ- ndo, quod pari cum civibus iure erentur, Varro de ling. Lat. lib. Sext. Feſt. lib. 8. Verùm id no- 23.
durius iam effecit vetuſtas; à grino enim receſſit, & propriè qui contra ferret arma, reman- Cic. lib. 1. off. Dicuntur igitur 24.
s, quibus pop. ſeu princeps Rom. n ius populi ſucceſſit, §. ſed & l principi. De iur. nat. gent. &

civ.

civ. bellum decrevit, & é converſo.
25. *l. hoſtes 118. De v. ſ. Hos alio nomi-*
ne veteres vocare ſolebant perduel-
les, quaſi perfectè duellantes & bel-
26. *lantes. Vnde neq; latrones; neq; et-*
jam privati inimici hoſtiũ adpellati-
one veniebant, ſed ſolummodò ii, qui
animo hoſtili adverſus Remp. &
principem animati, maieſtatem eius
ſolvere & diminuere conãtur, quos
nos omnes nunc hoſtes adpellamus.
27. *Hodiè tamen crimen perduellionis*
magis ſpecialiter ſumitur, quàm læ-
ſæ maieſtatis. Illud enim quod com-
mittitur in principem tantum, vel
in Remp. l. fin. Ad l. Jul. maieſtat.
28. *Hoc verò pro eo capitur, quod etiam*
in eos

eos committitur, qui conſilijs &
ſiſtorio principis interſunt. l. quiſ-
is. 5. C. eod. Pœna autem eo- 29.
m deſcribitur ab Imp. in §. 1. De
bl. jud. ibiq; Weſenb. & d. l.
uisquis etc. Latrones ſunt, qui 30.
rædæ cauſa manu collecta homines
vadunt, ſive id mari fiat, ſive
erra, per l. poſt liminium. 19. §. à
iratis. 2. De captiv. & poſtl. re-
ers. Dicti autem ſunt latrones, 31.
uasi laterones, quod latentes pub-
icis itineribus inſidientur viatori-
bus, vel ut alij volunt, à latere.
Nam olim milites dicebantur latro- 32.
nes, quod tutelæ gratia dominorum
ſuorum lateribus adſiſterent, ſicut

moris fuit, ut Impp. circa ſe haberent milites mercede conductos, quos mittebant ad omne diſcrimen.

33. *Poſtea prædones dicti ſunt latrones, quod eodem modo, quemadmodum milites cum ferro ad inſidias facien-*

34. *das circumerrent. Utilitas hujus diſtinctionis facit ad quæſtionem. An vetera captivitatis & ſervitutis jura, quibus alij alios ferarũ in morem & contra naturam ſubjiciunt, hodie inter populos Chriſtianos obtineant? Ac ſatis quidem adparet ex l. ſi quis. 21. §. 1. De captiv. & poſtlim. revers. eos, qui in diſſenſione civili capiuntur, in ſervitutem non redigi, quum ne hoſtium quidem numero habendi ſint, d. l. hoſtes. 24.*

od. ſicuti nec ij ſervi fiunt, qui à la- 35.
ronibus, vel à confœderatis capiun-
ur. l. non dubito. 7. eod. Itaq́ quod 36.
quis in latronum poteſtate conſtitu-
tus fecit teſtamentum, ratum eſt. l.
qui à latronibus. 13. in pr. Qui teſtã.
fac. poſ. Quum autem orbis Chriſti- 37.
anus una quaſi ſit Reſp. civitaſq́ fi-
lij Dei, Domini noſtri Jeſu Chriſti.
c. ad menſam. 11. q. 3. interq́ ſe &
fœdus & ſocietatem & hoſpitium
habeat, argum: l. poſtliminij. 5. §. in
pace. 2. De captivis. conſequens eſt 38.
eos, qui in diſſenſionibus civilibus &
inteſtinis laniensis, quæ latrocinia po-
tius, quàm bella eſſe putãtur, Fab. in
§. item ea. quæ ab hoſtibus. De R. D.

fac. text. in l. ſi quis ingenuam. §. fin.
De captivis etc. in poteſtatem alte-
rutrius partis veniunt, in ſervitu-
tem non incidere, ſed libertatem re-
tinere, Idq́ʒ lege divina ſancitum
39. *eſt. Nam Levit 25. vers. 39. cum*
ſeqq. Deuter. 24. verſ. 7. 2. Paralip.
8. vers. 9. cautum eſſe legimus, ne
populus Dei, ſeu gens Iſraëlitica ci-
ves, tribuleſq́ʒ ſuos, ut pote fratres
ſervituti ſubjiceret. D. Chytræus in
Exod. c. 21. Boer. in conſuet. Bitu-
rig. §. 1. in gl. num. 1. Des couſtumes,
& vsaiges, des droictz, de l'eſtat
des perſonnes. Ferrarius lo. præal-
40. *leg. num. 15. f. mihi. 9. Hinc videmus*
antiquiſſima conſuetudine introdu-
ctum,

ctum, ut captivi præſtita pecunia in redemptionis præmium, quam Græci λύτρον appellant, veniam recedendi impetrent. Didac. Covarruv. in c. peccatum. p. 2. §. 11. num. 6. De reg. jur. in 6. & in relect. 4. Decretal. p. 2. c. 3. §. 4. num. 13. Alciat. in l. hoſtes 118. num. 3. De verb. ſign. quare nec in eos iure belli ſæuiendum, ſed jure judiciorum forenſi atq; ordinario, quemadmodum in aliis rebellibus, contumacibus aut ſontibus plectendis fieri ſolet, procedendum eſſe, idem Alciatus tradidit. 41.

Quod tamen ſecundum Doctores procedit, cum intra præſidia noſtra iam ſunt deducti. Ante enim, vel 42.

ſi ſe ſubjicere poteſtati capietis noluerint, occidi iure poterunt, quum multa accidere poſſint, quæ poſtea impediant, quo minus in poteſtatem ipſius redigantur, arg. §. illud quæſitum, De rer. diviſ. & l. in laqueũ. 55. De adquir. rer. dom. Alc. in l. pupillus. 239. §. ſervorum. 1. de verb.
43. *ſignif. Quod tamen ad res ipſorum mobiles attinet, eæ victorum fiunt. Ferrarius lo. præalleg. Didac. Covarruv. in d. c. peccatum. d. loco.*
44. *Captos autem ab his gentibus, quibus cum nec fœdus eſt nec ſocietas, nec hoſpitium, ſervos etiam hodie fieri, nemini dubium eſt. d. l. 5. §. in pace 2. De captivis etc. quo in numero*

*vero ſunt Turcæ, Sarraceni, Tar-
tari, Æthiopes etc. Alciatus d. l.
hoſtes. 118. num. 2. De verb. ſignif.
quamvis contra diſputet Covarruv.
loco iam citato. Et conſequenter teſ-* 45.
*tamentum ab iis tempore captivi-
tatis factum, non valebit, adeò, ut
non convaleſcat, licet reverſus poſt-
ea priſtina iura recuperaverit om-
nia. l. eius qui apud hoſtes. 8. Qui
teſtam. fac. poſſ.*

CAPVT II.

Summae.

1. *Vetera ſervitutis jura inter Chriſtianos abolita.*
2. *Apud nos tamen quædam ſervitus remanſit.*
4. *Non obſoleta, ſed vſitata addiſcenda.*

5. *Servitus in quibus apud nos hæreat.*
6. *Ruſtici.*
7. *Cenſiti.*
8. *Inquilini.*
9. *Coloni quadruplices.*
10. *Primum genus Colonorum.*
11. *Colonus partiarius.*
12. *Colona.*
13. *Colonia.*
15. *Secundum genus colonorum.*
19. *Tertium & quartum genus colonorum.*
20. 21. *Originarij.*
22. *Adſcriptitij.*
23. *A gleba non poſſunt recedere.*
24. *Olim pro ſervis non habebantur.*
25. *Hodie priſcæ ſervitutis imaginem exprimunt.*
26. *Præſertim apud nos.*
28. 29. 30. *Ruſtici in Megapoli quibus comparandi.*
31. *Poſſunt à nobilibus expelli.*
32. *Non obſtante 30. vel 40. annorum vniformis canonis ſolutione.*
33. 34. *Aut ulla præſcriptione.*
35. *Prima regula, & quid ſervitutis adpellatione veniat.*
36. *Quid libertatis ſignificatione.*
37. *Secunda regula.*
38. *Tertia regula.*
39. *Quarta regula.*

Quia verò iam dictum 1.
eſt, vetera ſervitutis
iura hodiè inter Chri-
ſtianos abolitá eſſe, Id
ne infinitè accipiatur, ſciendum eſt,
etsi prædura illa ſervitus, qua domi-
nis in ſeruos poteſtas vitæ necíſq; e-
rat, et quæ à brutorum conditione pa-
rum aut nihil diſtabat, ſublata eſt,
§. in poteſtate. De his qui ſui vel al.
iur. ſunt. Tamen aliquam ſervitu- 2.
tem, moderatam quidem illam, &
minus asperam, ſed tamen vetuſtæ
magna ex parte ſimilem non diſceſ-
ſiſſe abuſu, ac ne poſſe quidem, ſi ſta-
tus Reip. ſalvus eſſe debeat. Quare 3.
& gl. in §. 1. De iur. perſ. quærit,

quid de colonis adſcriptitiis & cenſitis ſentiendum ſit, & vtrum ſervis, an vero liberis hominibus annu-
4 *merari debeant. Quum autem præcipuus labor noſter eſſe debeat, operam in iis rebus ponere, quæ ab uſu noſtrorum & temporum & iudiciorum quàm minimū abhorreant, & vbertate atq; vſu potiora ſint obſoletis illis antiqui iuris formulis atq; diſputationibus, argum. l. legavi. 25. in. pr. De liberat. legat. Ideò de hac noſtræ ætatis & patriæ ſervitute, quæ nunc obtinet, quàm potero breviſſimè dicemus. Et initio quidem de verborum interpretatione pauca præmittemus.*

Servitus

ervitus apud nos potiſſimum hæ- 5.
ret in ruſticis, agricolis, cenſi-
s, colonis, & alijs id genus homini-
us rem ruſticā tractantibus; Quo-
um omnium adpellationes etsi pro-
niſcuè accipi vulgo ſolent; tamen ip-
rei ſignificatione non nihil vari-
nt. Ruſtici ſeu agricolæ, generaliter 6.
ocantur omnes, qui agriculturam
ne nobilitatis jure exercent, ſive
ui, ſive alieni juris ſint. Oldendorp.
laſſ. 3. act. 9. Censiti ſunt agrico- 7.
tores publicam penſionem ſeu tri-
utum, ſeu cenſum præſtantes ſecun-
um qualitatem prædiorum. l. 4.
&. tot. tit. C. De agric. & cenſit.
ib. 11. Inquilini ſunt, qui in alieno 8.
habitant

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*habitant, ſive ruri ſive in oppido,
ab in & colo dicti, quaſi incolæ; &
ex his ipſis adſcribi agricolationi o-
9. lim ſolebant. l. 6. & l. 13. c. eod. Colo-
norum, qui à colendis agris dicuntur,
10. quatuor ſunt genera. Sub primo com-
prehenduntur, qui vel certa pecunia
conductos agros colunt, vnde vulgò
colentes nummis appellantur, l. si a-
11. pes. 26. §. 1. De furt. vel partem
fructuum alieni fundi, non pecuniam
numeratam pendunt, vnde & par-
tiarij nuncupantur. Utrorumq; fit
mentio in l. ſi merces. 25. §. vis ma-
12. jor 6. Locati. Inde colona dicitur a-
ratoris officium, ſeu locus agricola-
31. tionis, l. quæro. 54. in f. eod. Et colo-*

nia

a ipſa agricolatio ſeu functio colen- l. ſi in lege. 24. § .colonus. eod. l. finimus. 13. §. 1. C. De agric. lib. 1. De his autem colonis nulla no- 14 s in præſens expoſitio inſtituitur. eq; enim ſervis ſimiles ſunt, neq; ij, uorum agri ſunt proprij, ullum in orum perſona jus, quod quidem ſta- um colonorũ immutet, adquirunt, ed ex ſimplici contractus obligatione luntaxat, tenentur; & liberi atq; ngenui non minus, quàm antea fu- rant, permanent. Secundum genus colonorum eſt, qui proprium & he- 15. reditarium habent agrum, in quo habitant, &. agriculturam exer- cent. Nec inde quicquam penſionis

opera-

operarum aut obſequiorũ præſtant, niſi quatenus ex communi ſubjectio-
16. *nis iure tenentur. Hi ſi in pagis habitent, apud nos liberi coloni ſeu ruſtici vocantur. In oppidis autem ſeu civitatibus plæriq; omnes tales ſunt. Id quod pro locorum diverſitate*
17. *æſtimandum eſt. Et videtur horum mentionem facere l. hi penes. 4. C. De agric. lib. 11. & Novell. 32. et 33.*
18. *ſed & hi propter rationem ſupra dictam, quod videlicet perſonali ſervitute nemini ſint obnoxii, ad no-*
19. *ſtrum inſtitutũ nihil pertinent. Tertium & quartum genus colonorum eſt originariorum & adſcriptitiorũ,*
20. *de quibus videndum nunc eſt. Ori-*

ginarii

narii ſeu originales (ſic enim vocantur in l. 4. C. De agric. lib. 11.) ſunt, quorum parentes adſtricti fuerunt villæ alicui colendæ ſeu agro. Inde progeniti liberi nuncupantur 21.
originarii, quoniam colonarium ius in eo fundo contrahunt principaliter origine ſeu nativitate in perſona ſua. Oldendorp. lo. præalleg. l. fin. C. de municip. & origin. lib. 10. l. originarios. 11. C. De agric. lib. 11.
Adſcriptitii ſunt, qui adſcribebantur 22.
agricolationi, & recens admittebantur cum cæteris agricolis. Et hi 23.
perinde atq; originarii ita glebæ adſtricti erant, cum omni ſobole ſua, ut eam nulla ratione deſerere poſſent.

d. l.

d. l. originarios. 4. & l. colonos. 15.
l. cum ſatis. 23. eod. Etſi autem neq;
hi, neq; illi pro ſervis olim ac cum-
primis Iuſtiniani Imp. ætate habe-
bantur, quod liberti plerumq; agris
colendis deputarentur, & liberi
non rarò homines iisdem ſponte ad-
dici ſeſe paterentur, è quibus origi-
narii coloni poſtea, ut dictum eſt, pro-
pagabantur; qua de cauſſa & glóſſ.
in. §. 1. De iur. pers. & in l. 3. De
ſtat. hom. adſcriptitios & cenſitos
25. *inter liberos homines recenſet: Ta-*
men expreſſiſſimam priſcæ ſervitu-
tis imaginem nobis repræſentant. l.
ne diutius. 20. in f. C. De agric. l.
26. *11. præſertim in his regionibus ſep-*
tentri-

tentrionalibus, ubi durioris, quàm in ſuperiori Germania, conditionis plerumq́; coloni eſſe conſueverunt. Itaq́; examinemus, quid vulgò juris ſit de ijs, ſecundum communem Germaniæ morem, quem tamen pro regionum diverſitate meminerimus quoq́; eſſe diverſum. 27.
Nam quod ad hanc provinciam Megapolitanam attinet, apud ruſticos nulla bona emphyteutica, multò minus cenſitica, in quibus ſcilicet directũ & vtile dominium ſimul habet colonus cenſit⁹, reperiuntur; Sed aliquã quodammodo affinitatẽ habere putantur, cum antiquis libertinis dedititijs, quos Saxo vocat Laſſen / *qua-* 28. 29.

ſi relictos in provincia. gl. in art. 59.
lib. 2. num. 4. & gl. German. in
verb. Da lieſſen ſie die bauren / *in art.*
30. *44. lib. 3.* Landts. *Nam & hiſtoriæ*
docent, quod iis temporibus, quibus
Saxones Obotritis & vicinis gen-
tibus bellum movebant, ut nolentes
cogerent amplecti religionem Chri-
ſtianam, in devictos uſi ſint eo jure,
quo victores antiquitus ſolebant, ſci-
licet, quod mancipiorum loco eos ha-
buerint, quibus tamen eodem, quo
Sarraceni ſubjugatis Hiſpanis mo-
do, terras colendas relinquerent, ne
provincia in ſolitudinem redacta
ipſius victoribus infructuoſa eſſet.
31. *Quidquid nunc huiusmodi dediti-*

tiis

tiis reliquerunt, nihilominus jure dominii apud dominos remanſit, adeò ut etiã inde eos expellere, fundumq́; ad ſe recipere nobiles & præfecti poßint. Nec quidquam juvat, quòd 32.
vniformem Canonem 30 vel 40 annis inde perſolverint, aut in alterius pagi terra deſerta, vel inculta pro annuo canone ultra hominũ memoriam ius paſcendi habuerint. Nam dominus quandocunq́; voluerit, 33.
ad ſuum commodum ea uti ſolus poteſt, non obſtante vllius temporis præſcriptione, prout Guſtrovii anno 34.
1572. 25. Martii in conventu provinciali ad requiſitionem nobilium, contra quoſdam, qui id impug-

nare conati eſſent, Illuſtriſſimorium
Principũ conſenſu conſtitutum fuit.
35. *Principiò itaq; in modum præ-*
viæ inſpectionis capita quædam hoc
loco cognoſcamus, ad intelligenda fa-
cilius ſubſequentia, Quorum primũ
eſt, quod ſervitutis adpellatione om-
nes omninò ſpecies ſubiectionis veni-
unt, quæ juris aliquid ac poteſtatis
36. *in perſona producunt, ſicut & liber-*
tatis adpellatione omnis conditio ac-
cipienda eſt, alieno iuri non ſubjecta.
37. *Secundum ex priore fluit, quod om-*
nia, quæ in jure ſancita ſunt de ſeruis,
ea ſi foro noſtro moribuſq; conveni-
ant, transferi ad ruſticos noſtros re-
38. *ctè poſſint. Tertium quod itidẽ ma-*

numi-

numiſsio vetus, quatenus noſtris moribus convenit, in noſtris ruſticis locum habet. Quartum, quod fugitivi noſtri ruſtici eodem modo quo olim ſervi, ſuis dominis ſint reſtituendi, tot. tit. C. De fugitiv. colonis, lib. 11, l. omnes. 6. l. omnes. 8. l. ſi coloni 14. l, cum ſatis. 23. C. De agric. & cenſit. lib. 11. Vid. infr. c. 8. nũ. 11. 3.9.

CAPVT III.

Summae.

1. *Quæ ſit cauſa efficiens juris in homines proprios.*
2. *In originariis & adſcriptitiis eſt origo & adſcriptio.*
3. *In reliquis iidem modi quibus inter vivos ſervitus conſtituitur.*
4. *Et primo quidem contractibus*

5. *Poſſumus noſtram conditionem reddere deteriorem.*
6. *Deinde quaſi contractu.*
7. *Sententia facit jus.*
8. *Habetur pro veritate.*
9. *In judicijs dicimur quaſi contrahere.*
10. *Tertiò præſcriptione.*
11. *Longum Tempus hic & in conſuetudine eſt decennium.*
12. *Item in poſſeſſione 13. Libertate 15. Domicilij conſtitutione: 16. Et vſurarum ſolutione.*
14. *Longi temporis adpellatione venit decennium.*
17. *Connani ſententia contra communem opinionẽ.*
18. *Ius Saxonicum, quantum tempus in conſuetudine requirat.*
19. 20. *An filius hominis mei ſit meus homo.*
21. 22. 23. *Prima diſtinctio circa homines qui pactis, ſententià judicis, vel præſcriptione proprij efficiuntur.*
24. 25. *Pœna ſuos debet tenere auctores.*
26. *Statutum quo injuriarum tenetur is, qui filio paternum ſupplicium objicit, valet.*
27. 29. *Nullum patris delictum filio bona ſua aufert, aut ſtatus mutationem adfert.*
28. *Fallit in crimine læſæ majeſtatis.*
30. *Secunda diſtinctio.*
31. *Filio liberum eſt, vel hereditatem paternam adire,*

adire, vel ſe ab ea abſtinere.

32. *Res tranſit cum ſuo onere ad ſucceſſorem.*
33. *Tertia diſtinctio.*
34. *Tam nobis quàm heredi noſtro cavemus.*
35. *Licet conſulere heredi.*
36. *Quarta diſtinctio.*
37. *Incluſio vnius eſt alterius excluſio.*
38. *Quinta diſtinctio.*
39. *Actus contrahentium ſunt interpretandi ut valeant.*

Quæſtio Principalis I.

His ita cognitis primò quæritur, Quæ ſit cauſa efficiens huius juris, quod in ſuum vel proprium hominem quis habet, ſeu quando quis conſtituatur homo alterius? Et in originariis quidem atq; adſcriptitiis colonis ſatis hoc ipſa vocum Etymologia docet, quæ ex origi-

ne & adſcriptione jus iſtud proficiſci oſtendit, uti jam dictum eſt;
3. *Sed extra originem & adſcriptionem non eſt dubium ijsdem modis hodie ruſticos fieri homines alienos ſeu alterius, quibus ſervitutes inter vivos conſtituuntur, hoc eſt*
4. *Primò contractibus.* §. 1. *vers. ſine*
5. *teſtamento. De vſufr. Sicut enim in prædio meo poſſum alteri ſervitutem paciſci; ita & meam ipſius conditionem aggravare poſſum. Iacobin. de homag. num.* 7. & 8. &
6. §. *pen. De jur. perſon. Deinde quaſi contractu, id eſt, ſententia judicis, qua quis pronunciatur eſſe homo al-*
7. *terius. Quia talis ſententia facit jus*

inter

inter litigatores.c. cum inter.13. De ſent. & re judic. & habetur pro ve- 8.
ritate. l. 1. De re jud. l. 2. C. De ex-cept. Et in judiciis dicimur quaſi 9.
contrahere, ſeu judicati obligationẽ nobis inducere, l. 3. §. idem ſcribit. 11. De pecul. Præſcriptione etiam 10.
longi temporis domin⁹ hoc jus ad ex-emplum Emphyteuſis adquirit, qua-ſi ex tacita ipſius, & hominis, ope-ras & obſequium, redituſq́; diu præ-ſtantis, conſenſu, l. litibus 20. in pr. C. de agric & cenſ. lib. 11. Longum au- 11.
tem tempus de decennio intelligit gl. in. l. ſi finita. 15. §. ſed in vectigali. 27. De dam. inf. quemadmodum & conſuetudinis diuturnitatem decen-

nio circumſcribit gl. in l. de quibus in verb. inveterata. De legib. quam opinionem interpretes communiter ſequuntur, Bart. in d. l. de quibus num. 14. Iaſ. ibid. num. 43. Balb. de præſcript. p. 5. f. mihi. 482. num.
12. *2. in pr. Quia poſſeſſio decennalis dicitur longi temporis. §. 1. de vſucap.*
13. *& libertas diutina ſpacio decennij definitur in l. ſi cum fideicommiſſa. 16. §. Ariſto. 3. Qui & à quibus*
14. *manum etc. & longi temporis adpellatione venit etiam decennium. Rubr. & tot. ti. C. De long. temp. præſcript. Schurff. conſ. 47. num. 7.*
15. *& 8. cent. 3. & qui decennio commoratus eſt in vno loco intelligitur*

ibi

ibi domicilium habere. Boſs. in pr. crim. Tit. De for. compet. num. 26. Weſ. in paratitl. ff. Ad municipal. num. 7. circa fin. Et lex videò jubet vſuras 16.
ſolvi, quia pater longo tempore, id eſt decennio, eas ſolverit. l. cum de in rem verſo. 6. in pr. ibiq; Gothofr. De vſur. V. Molin. De vſur. q. 20. num 205. & ſeq. Quamvis adver- 17.
ſus hanc receptam ſententiam Conan. lib. 1. commentar. tit. 10. doctè diſputet; & Jure noſtro Saxon. con- 18.
ſuetudo non præſcribatur niſi annis anno & die. Fax. differ. 12. Reinh. 19.
diff. 2. p. ult. Ex ſupradictis fluit illa quæſtio. An filius hominis mei ſit homo meus? Ac de originariis & ad- 2.

ſcripti-

ſcriptitijs, dubium non eßе adparet ex his, quæ jam de ijsdem dicta ſunt:
21. *De cæteris autem, qui vel pactionibus vel ſententia judicis vel præſcriptione homines mei ſunt effecti, notanda eſt Iacobini diſtinctio in tr. De*
22. *homag. num.10. Aut enim quiſpiam crimen contraxit, & gravi me affecit iniuria, in cuius pœnam & ſatiſ-*
23. *factionem ſeſe mihi ſubiicit, Et hoc caſu filius ipſius non intelligitur in ius & poteſtatem meam conceßiße;*
24. *debet enim pœna ſuos tenere auctores. l. ſancimus C. De poen. 20. &*
25. *26. ff. eod. Ac ſpecialiter iure cautum eſt, ne filius pro patre conveniatur, tot.tit.C.Ne fil. pro patre. Idq;*
iuri

iuri divino conſentit, vbi ſcriptum eſt, Non portabit filius iniquitatem patris. Devteron.c. 24. verſ. 16. 4. Reg. 4. verſ. 6. 2. Paralip. 25. verſ. 4. Ezech. 18. verſ. 20. Ideoq́ & 26.
ſtatuta illa, quibus iniuriárum tenetur, qui liberis ſupplicium paternum obiicit, probat Gothofr. *in d. l. 26. De poen. Et quum nullum patris* 27.
delictum filio bona ſua auferat. Nov. 134. c. ult. niſi vnum læſæ maieſtatis 28.
crimen. Auth. bona damnatorum. C. De bonis proſcript. in quo paterni hoc eſt, hæreditarii criminis exempla metuuntur, l. quiſquis. 5. §. filii. 1. C. Ad L. Iul. maieſtatis. Alciat. 1. præſumt. 24. doctè Menoch. lib. 1.

præſumt.

*d. l. originarios. 4. & l. colonos. 15.
l. cum ſatis. 23. eod. Etſi autem neq;
hi, neq; illi pro ſervis olim ac cum-
primis Iuſtiniani Imp. ætate habe-
bantur, quod liberti plerumq; agris
colendis deputarentur, & liberi
non rarò homines iisdem ſponte ad-
dici ſeſe paterentur, è quibus origi-
narii coloni poſtea, ut dictum eſt, pro-
pagabantur; qua de cauſſa & gloſſ.
in. §. 1. De iur. pers. & in l. 3. De
ſtat. hom. adſcriptitios & cenſitos*
25. *inter liberos homines recenſet: Ta-
men expreſſiſſimam priſcæ ſervitu-
tis imaginem nobis repræſentant. l.
ne diutius. 20. in f. C. De agric. l.*
26. *11. præſertim in his regionibus ſep-
tentri-*

tentrionalibus, ubi durioris, quàm in ſuperiori Germania, conditionis plerumq; coloni eſſe conſueverunt. Itaq; examinemus, quid vulgò juris ſit de ijs, ſecundum communem Germaniæ morem, quem tamen pro regionum diverſitate meminerimus quoq; eſſe diverſum. Nam quod ad hanc provinciam Megapolitanam attinet, apud ruſticos nulla bona emphyteutica, multò minus cenſitica, in quibus ſcilicet directũ & utile dominium ſimul habet colonus cenſit⁹, reperiuntur; Sed aliquã quodammodo affinitatẽ habere putantur, cum antiquis libertinis dedititijs, quos Saxo vocat Laſſen/*qua-*

27.

28.

29.

*ſi relictos in provincia. gl. in art. 59.
lib. 2. num. 4. & gl. German. in
verb.* Da lieſſen ſie die bauren / *in art.*
30. *44. lib. 3.* Landts. *Nam & hiſtoriæ
docent, quod iis temporibus, quibus
Saxones Obotritis & vicinis gen-
tibus bellum movebant, ut nolentes
cogerent amplecti religionem Chri-
ſtianam, in devictos uſi ſint eo jure,
quo victores antiquitus ſolebant, ſci-
licet, quod mancipiorum loco eos ha-
buerint, quibus tamen eodem, quo
Sarraceni ſubjugatis Hiſpanis mo-
do, terras colendas relinquerent, ne
provincia in ſolitudinem redacta
ipſius victoribus infructuoſa eſſet.*
31. *Quidquid nunc huiusmodi dediti-*

tiis

tiis reliquerunt, nihilominus jure dominii apud dominos remanſit, adeò ut etiã inde eos expellere, fundumq́ ad ſe recipere nobiles & præfecti poßint. Nec quidquam juvat, quòd 32.
vniformem Canonem 30 vel 40 annis inde perſolverint, aut in alterius pagi terra deſerta, vel inculta pro annuo canone ultra hominũ memoriam ius paſcendi habuerint.
Nam dominus quandocunq́ voluerit, 33.
ad ſuum commodum ea uti ſolus poteſt, non obſtante vllius temporis præſcriptione, prout Guſtrovii annò 34.
1572. 25. Martii in conventu provinciali ad requiſitionem nobilium, contra quoſdam, qui id impug-

nare conati eßent, Illuſtrißmorium Principū conſenſu conſtitutum fuit.

35. *Principiò itaq́; in modum prævia inſpectionis capita quædam hoc loco cognoſcamus, ad intelligenda facilius ſubſequentia, Quorum primū eſt, quod ſervitutis adpellatione omnes omninò ſpecies ſubiectionis veniunt, quæ juris aliquid ac poteſtatis*

36. *in perſona producunt, ſicut & libertatis adpellatione omnis conditio accipienda eſt, alieno iuri non ſubjecta.*

37. *Secundum ex priore fluit, quod omnia, quæ in jure ſancita ſunt de ſeruis, ea ſi foro noſtro moribuſq́; conveniant, transferi ad ruſticos noſtros re-*

38. *ctè poßint. Tertium quod itidē ma-*

numi-

numiſſio vetus, quatenus noſtris moribus convenit, in noſtris ruſticis locum habet. Quartum, quod fugitivi noſtri ruſtici eodem modo quo olim ſervi, ſuis dominis ſint reſtituendi, tot. tit. C. De fugitiv. colonis, lib. 11, l. omnes. 6. l. omnes. 8. l. ſi coloni 14. l, cum ſatis. 23. C. De agric. & cenſit. lib. 11. Vid. infr. c. 8. nũ. 11. 3.9.

CAPVT III.

Summae.

1. Quæ ſit cauſa efficiens juris in homines proprios.
2. In originariis & adſcriptitiis eſt origo & adſcriptio.
3. In reliquis iidem modi quibus inter vivos ſervitus conſtituitur.
4. Et primo quidem contractibus

adire, vel ſe ab'ea abſtinere.

32. *Res tranſit cum ſuo onere ad ſucceſſorem.*

33. *Tertia diſtinctio.*

34. *Tam nobis quàm heredi noſtro cavemus.*

35. *Licet conſulere heredi.*

36. *Quarta diſtinctio.*

37. *Incluſio vnius eſt alterius excluſio.*

38. *Quinta diſtinctio.*

39. *Actus contrahentium ſunt interpretandi ut valeant.*

Quæſtio Principalis I.

His ita cognitis primò quæritur, Quæ ſit cauſa efficiens huius juris, quod in ſuum vel proprium hominem quis habet, ſeu quando quis conſtituatur homo alterius? Et in originariis quidem atq; adſcriptitiis colonis ſatis hoc ipſa vocum Etymologia docet, quæ ex origi-

inter litigatores.c. cum inter.13. De ſent. & re judic. & habetur pro ve- 8.
ritate. l. 1. De re jud. l. 2. C. De ex-
cept. Et in judiciis dicimur quaſi 9.
contrahere, ſeu judicati obligationẽ
nobis inducere, l. 3. §. idem ſcribit.
11. De pecul. Præſcriptione etiam 10.
longi temporis domin⁹ hoc jus ad ex-
emplum Emphyteuſis adquirit, qua-
ſi ex tacita ipſius, & hominis, ope-
ras & obſequium, redituſq́; diu præ-
ſtantis, conſenſu, l. litibus 20. in pr. C.
de agric. & cenſ. lib. 11. Longum au- 11.
tem tempus de decennio intelligit gl.
in. l. ſi finita. 15. §. ſed in vectigali. 27.
De dam. inf. quemadmodum &
conſuetudinis diuturnitatem decen-

 nio

nio circumſcribit gl. in l. de quibus in verb. inveterata. De legib. quam opinionem interpretes communiter ſequuntur, Bart. in d. l. de quibus num. 14. Iaſ. ibid. num. 43. Balb. de præſcript. p. 5. f. mihi. 482. num.
12 *2. in pr. Quia poßeßio decennalis dicitur longi temporis. §. 1. de vſucap.*
13 *& libertas diutina ſpacio decennij definitur in l. ſi cum fideicommiſſa. 16. §. Ariſto. 3. Qui & à quibus*
14 *manum etc. & longi temporis adpellatione venit etiam decennium. Rubr. & tot. ti. C. De long. temp. præſcript. Schurff. conſ. 47. num. 7.*
15 *& 8. cent. 3. & qui decennio commoratus eſt in vno loco intelligitur ibi*

ibi domiciliũ habere. Boſſ. in pr. crim. Tit. De for. compet. num. 26. Weſ. in paratitl. ff. Ad municipal. num. 7. circa fin. Et lex videò jubet vſuras 16.
ſolvi, quia pater longo tempore, id eſt decennio, eas ſolverit. l. cum de in rem verſo. 6. in pr. ibiq; Gothofr. De vſur. V. Molin. De vſur. q. 20. num 205. & ſeq. Quamvis adver- 17.
ſus hanc receptam ſententiam Conan. lib. 1. commentar. tit. 10. doctè diſputet; & Jure noſtro Saxon. con- 18.
ſuetudo non præſcribatur niſi annis anno & die. Fax. differ. 12. Reinh. 19.
diff. 2. p. ult. Ex ſupradictis fluit illa quæſtio. An filius hominis mei ſit homo meus? Ac de originariis & ad- 2.

ſcripti-

ſcriptitijs, dubium non eſſe adparet ex his, quæ jam de ijsdem dicta ſunt:
21. *De cæteris autem, qui vel pactionibus vel ſententia judicis vel præſcriptione homines mei ſunt effecti, notanda eſt Iacobini diſtinctio in tr. De*
22. *homag. num.* 10. *Aut enim quiſpiam crimen contraxit, & gravi me affecit iniuria, in cuius pœnam & ſatiſ-*
23. *factionem ſeſe mihi ſubiicit, Et hoc caſu filius ipſius non intelligitur in ius & poteſtatem meam conceſſiſſe;*
24. *debet enim pœna ſuos tenere auctores. l. ſancimus C. De poen.* 20. &
25. 26. *ff. eod. Ac ſpecialiter iure cautum eſt, ne filius pro patre conveniatur, tot. tit. C. Ne fil. pro patre. Idq́ue*
iuri

iuri divino conſentit, vbi ſcriptum eſt, Non portabit filius iniquitatem patris. Devteron. c. 24. verſ. 16. 4. Reg. 4. verſ. 6. 2. Paralip. 25. verſ. 4. Ezech. 18. verſ. 20. Ideoq́; & 26.
ſtatuta illa, quibus iniuriárum tenetur, qui liberis ſupplicium paternum obiicit, probat Gothofr. in d. l. 26. De poen. Et quum nullum patris 27.
delictum filio bona ſua auferat. Nov. 134. c. ult. niſi vnum læſæ maieſtatis 28.
crimen. Auth. bona damnatorum. C. De bonis proſcript. in quo paterni hoc eſt, hæreditarii criminis exempla metuuntur, l. quiſquis. 5. §. filii. 1. C. Ad L. Iul. maieſtatis. Alciat. 1. præſumt. 24. doctè Menoch. lib. 1.

præſumt.

præſumt. quæſt. 15. num. 24. Gaill. de pace publ. lib. 2. c. 13. num. 22. 23. 24. Ant. Guib. Conſtan. de dotib.
29. *in pr. 3. cap. n. 6. circa fin. Multò minus ſtatus mutationem, quæ omnibus bonis anteponenda atq; inæſtimabilis eſt. l. 106. De reg. iur. eidē*
30. *adferet. Aut iſte facinoroſus in locum multæ vel redemtionem gratiæ meæ non ſolum ſeipſum in poteſtatē meam tradidit, ſed etiam prædia ſua mihi ſubiecit, quorum dominium quum ego hoc modo eſſem aſſecutus, vtile dominium poſteà in illum certis operarum & obſequiorum legibus tranſtuli, ad exemplum l. quiſ-*
31. *quis. 28. C. De donat. Quum autem*
liberum

liberum ſit filio paternam hereditatem adire, vel ab ea ſeſe abſtinere, ſané ſi is abſtineat, evitabit ſubiectionem; ſin autem non abſtineat, obnoxius mihi fiet ipſa aditione, & cogetur me dominum agnoſcere. Nam 32.
vnaquæq; res tranſit ad ſucceſſorem cum onere, & ſervitus ſequitur fundum. l. via. 23. §. ſi fundus 2. de ſervit. ruſt. præd. l. 2. C. ſine cenſu vel relig. Aut aliquis ſeſe conſtitu- 33.
it hominem meum ſeu poteſtati meæ ſubiecit, interveniente aliqua conceſſionis impetrandæ gratia: & quanquam heredis mentionem in ea conſtitutione non fecerit, ut probabiliter dubitari poſſe videatur,

quid

quid actum ſit, & an heres quoq;
34. *mihi ſit obnoxius; Tamen quia regu-*
lariter tam heredibus noſtris, quàm
nobiſmetipſis proſpicimus atq; cave-
mus l. ſi pactum. 9. De probation.
propterea par eſt filium quoq; mihi
35. *teneri. Nec obſtat, quod pater vide-*
atur filij conditionem facere deteri-
orem; Quia beneficium defenſionis,
quod è contrario filius conſequitur,
& magnum eſt & inæſtimabile, &
favorem meretur; quare conſultũ
hic filio magis quàm nocitum eſſe
36. *intelligitur. Et conſuli heredi con-*
37. *ceſſum eſt, l. avus. 33. de pact. Aut*
aliquis ſeſe (duntaxat vel ſolummo-
do) mihi ſubiecit, & filius eius mihi
non

non eſt obligatus. Nam particulæ 38.
excludendi faciunt vni paciſcentis perſonæ cohærere, quod pactum eſt, neq; id tranſire ad heredem ſinunt. l. non ſolum. 8. §. tale. 3. De liberat. leg. l. jurisgentium. 7. §. pactorum. 8. l. qui in futurum. 57. §. 1. de pact. Aut aliquis ſimpliciter & pure ſine ulla Emphyteuſi aut conceſſione prædiorum mutua, conſtituit ſeſe hominem meum, & in dubio cenſetur id feciſſe defenſionis à me impetrandæ gratia. Semper enim actus contra- 39.
hentium ſic interpretandi ſunt, ut valeant potius, quam ut recidant ad nihilum. l. quoties. 12. De reb. dub. c. inter dilectos. 6. §. cæterum. De

fid. inſtrum. Menoch. de præſumt. 29. nũ. 45. & præſumt. 34. num. 12.

CAPVT IIII.

Summae.

1. *Quæ ſit forma conſtituendi ſeſe alicujus hominem proprium.*
2. *Mores cujusq; regionis inſpiciendi.*
3. *Primò conſtituitur homagio.*
4. 5. 6. *Secundò nuda dextræ porrectione, tanquam ſigno fidei, cujus ſedes in dextra ſacrata eſt.*
7. *Dextræ porrectio primò firmitatem ſignificat Iacobino.*
8. *Simplex promiſsio viri nobilis pene vim habet juratæ.*
9. *Limitatio.*
10. *Deinde poteſtatis adquiſitionem.*
11. *Manumiſsio unde dicta.*
12. 13. *Cautela pro his qui præſtant homagium.*

Quæſtio Principalis II.

Secunda

Secunda quæſtio eſt, quæ ſit forma 1.
conſtituendi ſeſe hominem alteri-
us? Et in hac quæſtione mores cu- 2.
jusq́ regionis inſpiciendi ſunt. Nam 3.
quibuſdam in locis Sacramentum
fidei clientelaris & obſequij domino
dicitur, quod vulgò Gallica voce ho-
magium facere nuncupant. c. ex di-
ligenti. 17. De Simoniac. c. grandi.
2. De ſupplen. neglig. prælat. in. 6.
quaſi quo jurans mihi promittat ho-
minem ſeſe meum fore. Alibi ſine 4.
tali juramento aliisq́ ceremonijs,
minus nuda manus dextræ porrecti-
one hominem ſuum in poteſtatem ac-
cipit; Quam quidem porrectionem 5.
ſignum eſſe fidei, eiusq́ ſedem in dex-

tra ſacratam eſſe ſcribit Liu. lib. 1. ab. V. c. & in eandem ſententiam Virgilius inquit Æneid. 3.

Ipſe pater dextram Anchiſes, haud multa moratus,
Dat juveni, atq́ animum præſenti pignore firmat.

Et Æneid. 7. Latinus ait,

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe Tyranni.

Sic Reg. 4. c. 10. verſ. 15, & 16. Iehu obviam factus Ionadabo; & dubius de animo eius, poſtquam interrogaſſet, Eſtne cor tuum rectum, ſicut cor meum eſt erga tuum? Illo reſpondente, Eſt: jubet ſibi ab illo dextram porrigi, tanquam fidelita-

tis ſimbolum. Jacobinus verò in 7.
tract. de homag. num. 5. putat, pri-
mo firmitatem ſeu ſoliditatem dex-
teræ porrectione ſignificari. argum.
§. 1. verb. ſtipulum. De verb. oblig.
quod in idem recidit; quid enim ali-
ud eſt fides, quàm dictorum conven-
torumq; conſtantia & veritas, teſte
Cic. lib. 1. offic. Unde & ſimplex pro- 8.
miſſio à nobili viro facta penè vim
habet juratæ. vide Minz. cent. 1.
obſerv. 17. vbi citat per multos Doc-
tores. Intellige tamen, quoad con- 9.
trahendam duntaxat obligationem,
tam æquè ac ſi juraſſet promiſſor te-
neatur ſervare ac adimplere, non e-
tiam ad incurrendam perjurij pœ-

 nam

10. *nam. Minz. d.lo. Deinde exiſtimat*
Iacobin. dextræ porrectionem pote-
11. *ſtatis adquiſitionem denotare; quia*
manumiſsio dicta eſt, quaſi é poteſta-
12. *te miſsio l. 4. De juſt. & iur. Et*
quanquam iſtiusmodi conſtitutio eti-
am ſine cauſsæ vel impulſivæ vel fi-
nalis adiectione teneat. Specul. de
13. *feud. §. quoniam. num. 11. Tamen*
Martin. Fanenſ. in tr. de homag.
ſcribit ad evitandas diſputationum
cavillationes tutiſsimum eſse, juſtam
aliquam cauſsam diſerte exprimi,
puta conceſsionis prædiorum, pro-
miſſæ defenſionis, ſatisfactionis pro
illata injuria. Idq; Iacobin. compro-
bat. de homag. num. 15.

CA-

CAPVT.

Summaræ.

1. 2. Quomodo probetur jus in hominem proprium.
3. Primò inſtrumento.
4. Secundò teſtibus.
5. 6. Tertiò ſucceſſione in bona quibus jus iſtud inheret.
7. Quartò tempore infinitæ memoriæ.
8. Quod vim privilegij habet.
9. Et tantum poteſt quantū Imperator cum cauſa.
10. Nec in eo curatur bona aut mala fides.
12. Regulariter bona fides debet allegari.
13. Non tamen ſemper probanda propter titulum.
14. Qui inducit bonæ fidei præſumptionem.
15. Quintò Tempore longo & longiſſimo an præſcriptio hominis libere adquiratur.

16. 17. 18. 19. 20. Rationes dubitandi.

21. Et ſeqq. Ratio decidendi.
22. Tempus 40. vel 30. annorum ad præſcriptionem ſufficit etiam ſine titulo.
26. Vicennium aut decennium non ſufficit ad præſcriptionem, niſi cum titulo.
27. Et ſeqq. ſolutio rationum dubitandi.
28. Nemo præſumitur indebitum ſolvere.
29. Intentio domini contra aſſertum proprium hominis

30. L. Servitutes. De ſervitut. intellectus.

34. Ius ſubjectionis poteſt ſpontaneo motu induci.

35. Cui incumbat onus probandi, vtrum domino an homini ſubdito.

36. Ius exigendi operas debitas & præſtandas nulla alia ratione commodius probatur, quam poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione juris competentis aut ſervitutis debitæ.

37. Quod ſi negetur dominus in poſſeſſione juris allegati exigendi tantùm vel tantùm operarum eſſe, hoc caſu oportet dominum actorem valdè eſſe cautum.

38. Requiruntur enim multa adminicula, quæ prædictam domini intentionem probent ac confirment, ut penſitatio, cenſus, exhibita diu ſervitia, & cætera id genus alia, quæ colliguntur ex l. litibus & l. cum ſcimus. C. De agric. lib. 11.

39. 40. Qui per 30. annos operas non præſtitit, aut juſſus præſtare noluerit, poſt tantum tempus effluxum liber erit.

41. Sextò probatur jus in homines proprios confeſſione propria.

42. Septimò origine paterna.

43. Octavò aditione hereditatis.

44. An hominis mei vxor efficiatur mea.

45. Vxor ſequitur conditionem viri. 46. eius radijs coruſcat. 47. & vxoris vna domus. 48. rerumq́; omnium ſocietas eſt.

Vxor

49. *Vxor non debet aſpernari mariti infortunium.*
50. *Vxor hominis proprij non ſubjiciur poteſtati domini.*
51. *Vxor pro marito non obligatur.*
52. *Nec ejus infelicitate oneratur.*
53. *Odioſa non extendenda ad ſexum fœmininum.*
54. *In cujus favorem multa ſingularia jura conſtituta ſunt.*

Quæſtio Principalis III.

Tertia quæſtio eſt, quomodo probetur, aliquem hominem eſſe meum, ſeu meo juri & poteſtati ſubjectum? 1.
Et facilè hoc eſt intelligere è prima quæſtione. Quibus enim modis homo proprius effectus eſt, iiſdem proprium hominem eſſe ferè probatur. 2.
Quare aut in ſcripturam pactio ipſa relata eſt, & probatur inſtrumento tot. tit. ff. & C. De fid. inſtrū. 3.

4. *Aut ſine ſcriptis contractum eſt, & res geſta eſt recens, quæ nondum effluxerit è memoria hominum, qui contractui interfuerunt, ac probatur*
5. *teſtibus tot. tit. De teſtib. Aut non eſt recens ſed vetuſta & animaduertendum eſt, an oſtendi poſſit, bona iſtius hominis, de cujus ſtatu quæſtio eſt, à parentibus ipſius fuiſſe poſſeſſa, & ipſos parentes, quibus ſuc-*
6. *ceſſit, meos homines fuiſſe. Nam eo caſu non minus, quàm parentes fuere, obſtrictus mihi eſt, ac paternam fortunam agnoſcere tenetur. Iacobi. de homag. num. 23. verſ. item homagium. Speculat. de feud. § quoniam l. 2. C. ſine cens. vel reliq. Ferrar.*

lib.

lib. 6. feudor. cap. 1. vers. ſubiectio etiam alia f. mihi 153. Si autem al- 7. *legem aut probem tempus infinitæ memoriæ, ex quo tale prædium, quo iſte nunc fruitur, conſueverit à me tnquam domino teneri, ad quod ille, vel ille & ipſius liberi, de quibus nunc quæſtio eſt, ſemper-habiti ſint mei homines, non dubium eſt, quin iſte quoq; ſit homo meus l. hoc jure 3. §. ductus aquæ 4. De aq. quotid. & æſtiva. c. ſuper quibusdam. 26. §. præterea De verb. ſignificat. Huiusmodi enim tempus* 8. *vim tituli, ſeu privilegij & conſtituti habet. dd. juribus. Balb. de præſcript. p. 3. f. mihi 168. verſ. & hanc*

limita-

9. *limitationem. & tantum poteſt quantum Imperator cum cauſſa. Idem Balb. d. p. 3. f. mihi 199. num.*
10. *13. & 17. nec in eo curatur bona aut mala fides: Salic. in l. 2. C. De ſervit. & aq. Weſenb. in apoſtil. margin. ad Schneidw. tt. De ſervitut. ruſt. præd. Q. qualit. ſervit. conſtit. & adquir. num. 12. & f. mihi 230.*
11. *num. 32. in tantum, ut ne opus quidem ſit bonam fidem hîc allegare. Bald. in. c. ſi diligenti. in f. De præ-*
12. *ſcript. utcunq; eam regulariter allegare ſit neceſſe, notat. per Cano-*
13. *niſt. in c. fin. De præſcript. etiamſi non nunquam probanda non ſit prop-*
14. *ter titulum, qui inducit bonæ fidei præſum-*

*præſumptionem l. penult. C. De e-
victi. l. ſuper longi. penult. C. De
long. temp. præſcript. V. Schneid. d.
lo. f. mihi. 202. & f. 222. num. 43.
& f. 230. cum ſeq. Tiraq. du re-
traict. convention. §. 1. A tel temps.
gl. 2. num. 25. DD. in l. comperit.
C. de præſcript. 30 annor. c. 26. §. 1.
de verb. ſignif. Chaßan. in conſuet.
Burgund. Des iuſtices. §. 11. in verb.
& la preuve, num. 3. & ſeqq. f.
mihi 98. Anton. Gabr. in commun.
concluſ. Tit. de præſcript. concluſ. 1.
Covarruv. in c. poſſeßor. De Reg.
jur. in 6. Schurff. conſ. 72. cent. 1. Pa-
rid. de put. de redintegr. feud. c. 189.
Aym. Gavett. expreſſe & ex pro-*

feſſo.

feſſo. De antiquit. tempor. lib. 4. f. mihi. 178. cum ſeqq. Balb. de præſcript. p. 3. etc.
15. *Sed ſi allegem ac doceam, quod operas ac ſervitia mihi præſtiterit tempore longo, id eſt, decennio, vel longiſsimo, id eſt, triginta vel 40. annis, puta, quod agrum meum excoluerit arando, conſerendo, ſegetem demetendo, fruges in horreum convehendo, excutiendo flagellis è ſtipula, quod plauſtro ſuo ligna in meam domum convexerit, in meis negociis peregrinatus ſit, in venationibus ferarum operam mihi navaverit, & id genus officia præſtiterit, non ut extraneus aut amicus, qui benevolam potius voluntatem & obſequium*

obſequium in eo ſecutus ſit, quam obediendi neceſſitatem, profectò videtur res pluſculum habere dubitationis. Primò enim aperti juris eſt, curſum ſolius temporis ſine alia efficaci cauſſa non eſſe modum vel conſtituendæ vel tollendæ obligationis l. obligationum. 44. §. circa 1. verſ. placet. De oblig. & act. l. ſi certis. 28. & ibi Donell. C. De pact. Deinde ſola temporis longinquitas, etiamſi 60. annorū curricula exceſſerit, libertatis jura minimè mutilat l. fin. C. De longi temp. præſcript. quæ pro libert. & non adverſus libertatem oppon. Tertiò nec pactis privatis neq; ſpontanea confeſſione præjudi-
16.
17.
18.

cium

cium libertati comparatur. l. nec ſi voles. 6. l. liberos. 10. & tot. tit. C. De lib. cauſa. Pacta autem talia plus valent, quàm præſcriptio. l. nam ſatis. 6. Quemadm. ſervit. amittat. Ergò multo minus præſcriptione longi vel longiſſimi temporis ſervitus
19. *adquiritur. Quartò ſervitutes, quæ non habent continuam poſſeſſionem, & quas idcircò diſcontinuas vulgo vocitant, vſu nõ capiuntur. l. ſervitutes. 14. in pr. De Servitut. Homo autem non poteſt tàm perpetuò tamq́ continenter ſervire, ut nullo momento operæ eius interpellari videantur. ibid. Quare nec vſu capi*
20. *poteſt. Quintò nullum eſt liberi hominis*

minis commertium. l. ſed Celſus. 6. l. ſi in emtione 34. §. omnium. 2. De contrah. empt. & §. 1. & 2. De in-ut. ſtipul. Itaq; quum alienari nequeat, nec vſu capi poſſe videtur, argument. l. alienationis 28. De verb. ſignif. Iſtis tamen argumentis 21.
non obſtantibus dicendum eſt, 40. 30. 20. vel. 10. annis hominem poße fieri meum, ſi ſcilicet convictus fuerit, operas mihi tanto tempore præſtitiße, non ut alienus, neq; ut ſui juris, ſed ut meus homo. fac. l. fin. Quēadm. ſervit. amitt. Iacobin. de homag. num. 19. & 20. Specul. de feud. §. quoniam. num. 10. cum iſta tamen 22.
diſtinctione, ut tempus 40. vel 30.

 annorum

annorum ſufficiat ad præſcriptionem etiamſi titulus præſcriptarum operarum nullus ſubſit. Specul. d. loco. l. cum ſatis 23. § 1. de agr. & cenſ. lib. 11. l. eũ qui. 6. c. De fund. rei privat. eod. l. eũ qui 58. C. De decur. lib. 10. l. fin. C. De fund. patrimon. lib. 11. l. omnes. 4. C. De præſcript. 30. vel
23 *40. annorum. Nam & jus vaſallicum tanto tempore adquiritur. §. ſi quis per 30. annos. ſi de feud. defun.*
24 *content. fuer. In uſib. feud. & Emphyteuſis dixi ſupr. cap. 3. q. 1. prin-*
25 *cip. num. 10. & mulier, quæ per 30. annos obſequia ſervitutis præſtitit, præſumitur ancilla. gl. in l. 2. C. De*
26 *ingen. manum. Vicennium autem & decennium non niſi cum allegati-*

one tituli, puta, ſtipulationis vel alterius contractus, cuius gratia operæ ab anno viceſimo vel decimo ſint editæ, ſatis ſit, qui tamen titulus ex tali tempore præſumitur. Iacobin. d. loco. gl. in l. cum de in rem verſo. 6. in verb. longo l. diutina. 4. C. De præſcript. long. temp. l. fin. C. in quib. caſ. ceß. longi temp. præſcript. Nec 27. *adverſantur ea, quæ ſupra allegata ſunt. Nam etſi ob ſolius temporis cauſam, nulla inducitur vel finitur obligatio: Tamen quando cum tempore concurrit partiũ conſenſus, vel legis diſpoſitio, vel alia cauſſa efficax, obligationem conſtitui non eſt dubium. d. l. obligationum. 44. §. 1.*

verſ. placet Salic. in l. ſicut num. 4. C. De præſcript. 30. annor. Conſenſus autem partium tacitè hîc colligitur ex ipſa præſtatione vſurarum;
28. *quum nemo præſumatur indebitum ſolvere. l. cum de indebito. 25. De*
29. *probat. Et dominus contra aſſertum propriũ hominem ita intendat, Aio hunc hominem meum eſſe, quia tenetur mihi ratione talis vel talis contractus aut conceßionis ipſi à me factæ, idq́; probo: quia hoc nomine mihi tam diu ſervivit, Specul. & Jacobin. d. loco. Nec obſtat d. l. ſer-*
30. *vitutes. De ſervit. Etſi enim verum eſt, hominem non præſtare operas perpetuò, tamen in ea cauſſa eſt, ut perpetuo fieri exiſtimetur, quum*

ad operas edendas obligatus ſit, quotieſcunq; hæ exigantur, eaq; ratione quaſi continuò ſervire intelligatur, argum. l. foramen. 27. De ſervit. urb. præd. Multò minus officit, quod 31.
de libertate allegatum eſt, cui præjudicari longinquitate temporis aut pactis aut alienationibus nequeat. Homines enim ſui propriè non ſunt ſervi ſed liberi, ut dixi ſupra cap. 2. num. 5. & 22. Nec alienari intelli- 32.
guntur, quando alterius juri ſe ſubjiciunt, quùm defenſionem & tutelam ea ſubiectione ſibi comparent. Specul. lo. præalleg. num. 8. & poſ- 33.
ſit etiam liber homo major 25. annis ſervus ſponte ſua civili jure fieri, ſi

ad preciũ participandum ſe venundari patiatur , §. ſervi autem. De
34. *ju. perſon. & ſpontaneo motu pactove poſſe jus ſubjectionis induci conſtet ex c. grandi. 2. De ſupplem. negl. prælat. in 6. l. fin. C. De tranſact. l.*
35. *3. C. De decur. lib. 10. Vtrum autem in hoc judicio, de quo tertia quæſtio mentionem facit, domino incumbat onus probandi Ius poteſtatemq́; in aſſertum hominem ſuum, an verò allegato homini ſubdito, quæſtionis eſt? Ac monendi ſumus diſtinctione*
36. *adhibita rem explicandam eſſe. Aut enim dominus in quaſi poſſeſſione eſt, puta, quia ſervitia aliavè munera ipſi hactenus præſtita ſunt à*

Titio

Titio tanquam à ſuo homine, neq; Titius exemtionem ullam interea factam probat, ac pronunciandum eſt pro jure dominij. l. circa 14. De probationibus c. querelam. 24. De elect. Aut homo aſſertus nullas operas præſtationesvè actori exhibuit, vnde ſubjectionis argumentum ſumi poßit, & ſecundum ipſum ſententia dabitur, eritq; liber, donec dominus jugum ſubiectionis adverſus eum docuerit. d. l. circa l. ordinata. in pr. De lib. cauſa l. lite. 14. l. eam quæ. 21. C. eod. Cujac. lib. 18. obs. c. 23. Iacobin. de homag. num. 24. Multò enim favorabilior eſt libertas, quàm ſervitus, Itaq; in dubio pro procla- 35.

mante in libertatem pronunciatur, quàm pro aſſerente ſervitutem. Quælibet enim res in dubio libera præſumitur, prout dixi in pr. huius
38. *tractatus. num. 3. Quare ſi hoc caſu temporis longinquitate iſtorum alteruter nitatur, is qui probatur 30. annis operas, ut ſubditus, edidiſſe, ſic ut triceſimus jam completus ſit annus, ex quo primò ſervire cœperit, etiamſi interim nunquã interpellatus à ſervitiis quieviſſet, pro ſuo homine habebitur, quum ſemper, ut ſupra dixi, fuiſſe ad ſerviendum paratus, & poſſeſſio illa corporalis cauſſam quaſi continuam habuiſſe intelligatur. d. l. eum qui. C. De fund. rei privat.*

privat. lib. 11. l. fin. Quemadm.
ſervit. amitt. l. foramen 27. De ſer-
vitut. urban. prædior. Similiter qui 39.
prob. 30. annos effluxiſſe ex quo tem-
pore nihil, quod jure ſubjectionis de-
beretur, præſtiterit, quum alij tamẽ
in vicinia id fecerint, liber erit, atq;
immunis á ſervitijs. Quod in eo 40.
quoq; obtinet, qui juſſus operas præ-
ſtare, id facere recuſavit, & á cuius
recuſationis initio longum tempus,
id eſt, 20. anni inter abſentes; 10
anni inter præſentes interceſſêre, quo
nihil operarum edidit: Is enim pe-
rinde ac ſuperior liber erit, ac longæ
præſcriptionis ope agentem ſubmoue-
bit per. l. 3. §. ſi ſervus. 10. De adquir.

vel amitt. poſſ. Oldendorp elegan-
ter & fuſè in act. 5. claſſ. 3. f. mihi
377. Iacobin. d. l. num. 24. vide
omnino decretum comitiorum Au-
guſtæ, Anno 1548. celebratorum,
vbi de exemptis Imperii ordinibus
diſponitur, quando contribuere in o-
neribus publicè indictis teneantur. §.
hette aber der außgezogen. etc. *fol. mihi*
41 *11. fac. 2. Sexto probatur ius in pro-*
prium hominem confeſſione ipſius
hominis l. cum precum. 9. C. De libe-
ral. cauſſa. Iacobin. l. præalleg. num.
21. quæ tamen aliis adminiculis ad-
iuvetur l. cum ſcimus. 22. C. De a-
gric. lib. 11.

42 *Septimò origine paterna. l. ne di-*

utius

utius. 21. & d. l. cum ſcimus. 22. C. eod. l. pen. C. De murilegul. lib. 11. Iacobin. d. lo. num. 23. Octavò 43.
aditione hereditatis hominis proprii. Iacobin. ibid. num. 21. Speculat. d. tit. de feud. num. 39. Videtur enim heres ea aditione cum domino contrahere l. 3. in f. Quib. ex cauſsis in poſſ. eat. & onus hereditarium agnoſcere tenetur. l. 2. C. De heredit. act. Undę quæſitum eſt, An mulier 44.
homini meo nubendo efficiatur etiam mea, ſeu tranſeat in poteſtatem meam? Dubium facit, quod vxor 45.
conditionem viri ſequatur. l. fœminæ, De ſenator. l. mulieres. C. De dignitat. lib 10. l. fin. §. iidem reſcripſerunt

runt; Ad municip. l. medicos et l. fin. C. D. profeſſor. lib. 12. l. fin. C. De agent. in reb. ead. l. fin. C. De privil. ſcholar. c. ex parte. 2. De for. compet. l. in ſacris. C. De epiſc. & cler. l. domicilium & l. fin. C. De incol. lib. 10. l. cum quædam. De iurisd. l. ex-
46. *igere. De iudic. Et radiis mariti coruſcare dicatur. Nov. 105. cap. 2. in pr. l. fin. ibi. Et ſentiat mulier*
47. *viri fulgorem. C. De nupt. Et viri & vxoris vna domus ſit. l. 1. §. ſi*
48 *vir aut vxor. Ad Syllam. Et rerum omnium ſocietas l. adverſus. 4. C.*
49. *De crim. expil. hered. Quare quum mariti commodorum particeps ſit, non aſpernari debet obeſſe ſibi eiusdẽ*

infortu-

infortunium. l. ſi non ſolus 10. §. 1. in f. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam. l. ſi cum dotem. 23. §. ſi maritus vel mulier ff. ſol. matr. Verius tamen eſt meæ 50.
poteſtati eam non ſubiici Specul. de feud. §. quoniam. num. 4. Iacobin. de homag. num. 23. Sicut enim pro 51.
marito non obligatur. tot. tt. C. Ne vxor pro marito. Ita etiam non one- 52.
ratur infelicitate viri, quæ quum 53.
odioſa ſit non extenditur ad ſexum imbecilliorem, in cuius favorē mul- 54.
ta ſingularia jura conſtituta ſunt. l. regula. 9. De iur. & fact. ignor.

CAPVT VI.

Sum-

Summae.

1. 2. Quis ſit effectus juris in homines proprios.
3. Ad quid omittendum domini cauſa ſit obligatus homo proprius.
4. Primò reverentia debetur domino à ſuo homine.
5. 8. 10. An proprius homo poßit dominum in jus vocare.
7. 44. Liberto maxime ſimilis eſt homo proprius.
9. An vaſallus dominum in jus vocare poßit.
12. Cautela pro homine proprio dominum in jus vocaturo.
13. 14. Secundo proprius homo non intentabit domino actionem famoſam.
15. 16. Quomodo libellus contra dominum in actione famoſa formandus.
17. 18. Tertiò non poteſt dominum accuſare criminis.
19. Niſi læſæ majeſtatis.
20. An homo proprius teſtari de rebus ſuis poßit.
21. Ratio dubitandi.
22. Ratio decidendi.
23. Cuilibet liberum eſt teſtari.
24. Coloni noſtri non ſunt ſervi per omnia.
25. Quare & alienare cogente neceßitate res minus utiles poßunt.
26. Servata tamen conſuetudine cuiuſq; loci.
27. 90. Quæ huic juri & originem & formam dedit.
28. Ad quid teneatur homo proprius faciendum, Primò ad reverentiam domino præſtandam.

Secundò

29.30.31. *Secundò ad ferendum auxilium contra inimicos, exceptis perſonis conjunctis.* *(puniendus.*

32. *Cognatum aut adfinem receptans, mitius eſt*

33. *Nemo tenetur adverſus fratrem ejusvè filios tutelam ſuſcipere.*

34. *Sermone generali nemo præſumitur quidquam in detrimentum conſangvineorum conſtituere.*

35. *Nemo carnem ſuam odio habuit.*

36. *Tertiò ad jurandum domino homagium.*

7. *Quod tamen paucis in locis Germaniæ ſervatur.*

38.39. *Quartò domino elocati filiam conferre ſubſidium exemplo vaſalli.* *(neatur.*

40. *An homo proprius dominum egentem alere te-*

41.42.43. *Alimentorum adpellatione in materia favorabili aut odioſa quid veniat.*

44. *Libertus domino tenetur ad alimenta.*

45.46.47. *An vaſallus dominum teneatur alere.*

48. *Quintò homo proprius tenetur ad operas & præſtationes debitas.*

49.50.51. *Munera triplicia.*

52. *Operæ libertorum ingenuis cur nequeant im-*

53. *Operæ ruſticorum Germaniæ.* *(poni.*

54. Fron. *Item quid ſignificet* Fronbott.

55.97. *Operæ quid & duplices.*

56. *Officiales.*

57. *Fabriles ſeu artificiales.*

58. *In quibus vtræq; conſiſtant.*

59.60.61.63.64.65.66. *Ad quas operas teneatur libertus vel homo proprius.* *Pacta*

62. *Pacta dant legem contractui.*
64. Rauchhun *unde.*
67. *Operæ non extendendæ, ſed intra ſuos fines cohibendæ.*
68. *Operæ indebitæ per vim intelliguntur extortæ.*
69. *Operæ indeterminatæ debent redigi ad arbitrium boni viri.*
70. 71. *Quilibet tenetur jure ſuo legitimè uti, quia reip. expedit.*
72. *Remedium adverſus dominum nova imponentem ſervitià.*
73.74. *Nunquid dominus operas ſibi debitas alteri edendas delegare vel cedere poßit.*
75. *An operæ præteritæ rectè petantur.*
76. *An operæ in pecuniam converti queant.*
77. *Pacta ſervanda ſunt.*
78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. *Coloni defuncti opera pluribus à filijs quomodo præſtanda.*
82. *Res tranſit cauſſa cum ſuo onere.*
86. *An plures domini ſubditos communes inter ſe dividere poßint, non ſolum quo ad operas, ſed etiam quo ad juriſdictionem.*
87.88. *Iuriſdictio quatenus incorporalis & individua.*
89. *An colonus extra territorium ſervire cogatur.*
91. 93. 94. *Cuius victu & ſumtibus colonus ſervire teneatur.*
92. *Conſuetudo tacitæ conventionis vim habet.*
95. *Colonus inſtrumenta ſuis ſumtibus & comparare, &*

re, & rupta fractavè reficere tenetur.

96. 98. *An ad nocturnas operas colonus teneatur.*

99. 100. 101. *An diruto caſtro, ad quod colonus tenebatur ederè operas, & novo non ibidem ſed alibi inſtaurato ad illum novum operas præſtare cogatur.*

102. *Dominus poteſt operas ſibi quocunq; modo debitas in vſum maximè neceſſarium convertere.*

103. *Ad novas domini ædes an colonus ſervire teneatur.*

104. *Colonus deteriori conditione non prægravandus.*

105. *Onera reſtringenda potius ſunt quam amplianda.*

Quæſtio Principalis IV. pars prior membr. I.

QVarta quæſtio eſt, quis ſit effectus eius juris, quod in propriis hominibus conſequimur? Ac ſciendum eſt dupliciter hunc conſiderari: Primò contemplatione domini; deinde reſpectu ſubditi, Idq; rurſum
1.
2.
3.

dupliciter, videlicet, quod proprius homo domini gratia quippiam aut omittere aut facere tenetur, ad quod alii non adſtringuntur. Et de omiſſione quidem prius videamus.

Ad quid omittendum domini cauſsa obligatus ſit homo proprius.

4 *Itaq; primò domini perſona homini proprio ſemper honeſta & ſancta uideri debet. l. libert. 9. De obſeq. à libert. etc. Zaſ. lib. 1. ſingul. reſpons. c. 3.*
5 *num. 85. Unde quæſitũ eſt, an domi-*
6 *num poſſit injus vocare? Movet, quod Modeſtinus tradit, generaliter eas perſonas, quibus reverentia præſtanda ſit, ſine juſſu prætoris in*

jus

jus vocari nõ poſſe.l.13. De in jus voc.
Itẽ quod homo proprius liberto max- 7.
imè ſit ſimilis, libertus autem patro-
nũ in jus vocare, niſi prius edicti ve-
nia petita, prohibe. tur.l.venia 2.C.
eod.l.4.§.prætor.1.ff.eod. Sed verius 8.
eſt, non teneri veniam petere, Iaco-
bin. de homag. num.26. Vaſallus e- 9.
nim dominum poteſt in jus vocare
non petita venia, ut eſt communior
Doctorum opinio. Laurent. Kirch-
hoff. in commun. opin. cent. 8. con-
cluſ.63. Vaſallo autem æquiparatur 10.
homo proprius, ſicut & liberto uter-
que. Everhard. in topic. loco. A liber.
ad vaſallum. Deinde nullo jure cau- 11.
tum eſt, dominum ab homine ſuo ri-

ſi petita venia in jus vocari non poſſe ſed ſpecialiter certæ perſonæ ex edicto prætoris recenſentur, intra quarum catalogum prohibitio conſiſtit. gl. in d. l. generaliter. 13. De in jus voc. & in §. pœnales. in verb. in jus vocaſſet. De action. argum. l. illam. 19. in verb. certas perſonas, & in verb. quod nulla conſtitutio ſuper huiusmodi collatione poſita eſſet etc. C. De
12. *teſtam. milit. Sane ad evitandas cavillationes & ambages ſuperfluam adhibere cautelam, & veniam petere homini proprio, dominum in jus vocaturo, conſultius fuerit, ſicut in univerſum ſubdito principem judicialiter conventuro. Iacobin. d. loco*

loco. & Bald. in l. bene à Zenone C. De quadrienn. præſcript.

Secundò proprius homo tenetur 13.
honori domini hoc tribuere, ne ineum intentet actionem famoſam, puta, de dolo, furto, & ſimilibus, quarum fit mentio. ff. De his qui not. infam. vel ex qua condemnatus dominus reipſà & opinione hominum non effugiat infamiæ notã, etiamſi verbis ſententiæ non pronuncietur infamis, ut injuriarum Zaſ. d. loco. num.
84. Quare conventionẽ ſuam tem- 14.
perare debet verbis in factum, h. e. non in fraudem domini, ſed in ſolum nudumq; eius factũ, detracta fraudis mentione, directis. l. non debet.

 12. §.

12.§.1. De dol.l. 2. l. 5.§.1. De obſeq.
par. & patr. præſtand. Vnde ex
15. *facto tractatum eſt; cum homini pro-*
prio neceſſe eſſet, dominum conveni-
re actione doli vel furti, quomodo li-
bellum formare deberet, ne ſugillaße
exiſtimationem eius videri poſſet?
Ac Iacobin. de homag. num. 27. re-
ſpondet. Medium concludendi, ſicut
Dialectici appellant, in ſyllogiſmo
libelli conuentionalis bonæ fidei men-
tionem continere debere. juxta d. l.
16. *non debet. inf. De dol. mal. Sic igi-*
tur agens dicet, Quum bona fides
non patiatur dominũ meum cum ja-
ctura mea locupletari, peto eum con-
demnari, ut damnum mihi reſarciat.

Barth. in. l. infamem. 7. num. 4. De De publ. Iud. Tertiò non poteſt do- 17.
minum deferre aut accuſare crimi-naliter. l. pen. C. De ijs qui accuſ. non poſs. non debet enim eius exiſti- 18.
mationem caput atq; fortunas pete-re, cuius dominio inhæret, idq; ſub pœna decapitationis. d. l. pen. excep- 19.
to ſolo læſæ maieſtatis crimine, in quo ut alia multa ſingularia ſunt. l. quiſ-quis. C. Ad l. Iul. maieſt. ita hoc quoq; ſpecialiter permiſſum eſt. d. l. pen. l. qui cum major. 14. §. ſi liber-tus. 6. De bonis libert. Iacobin. de homag. num. 28. Quæri autem ſolet 20.
circa ea, quæ omittere homo propri-us domini ſui gratia tenetur, an eti-

21. *am teſtari de bonis ſuis poßit. Dubium facit, quod in ſua poteſtate nihil habere videtur, qui ipſe poteſtatis ſuæ non eſt; ſed juris dominici. l. ſic eveniet. 21. Ad L. Iul. de adult. l. homo liber. 54. §. fin. De adquir. rer. dom. cum heredes 23. §. in his 1. de adquir. poſſeß. l. qui in ſervitu-*
22. *te. 118. De reg. jur. Probabilius tamen eſt, teſtamentum eum condere poſſe. Specul. de feud. §. quoniam nū.*
23. *35. Iacobin. de Roydis num. 22, quia teſtandi de rebus ſuis facultas eſt permiſſa univerſaliter l. teſtandi. 13. C. De teſtam. Bald. in l. C. De hered.*
24. *decur. & noſtri coloni non ſunt ſervi per omnia, ſed potius liberis hominibus*

minibus adnumerandi; gl. in pr. tt. De Iur. perſon: Zaſ. d. loco num. 76. Gail. tr. de pignorat. obs. 8. num. 2. Quare & alienare ipſos neceſſitate 25.
cogente res ſuas minus vtiles poſſe, idem Specul. docet loco prealleg. vbi 26.
tamen in ſumma jubet obſervari conſuetudinē cuiuſq; regionis, quippe quæ alibi mitiorem & laxiorem, alibi duriorē & magis contractam faciat hominū propriorum conditionem, & quæ vniverſo huic juri atq; 27.
contractui tum originem tum formam dederit.

Quæſt. 4. principal. par. prior. membrum. 2.

Ad quid teneatur homo proprius faciendum.

28. *Nunc videamus de ijs effectibus, qui in faciendo conſiſtunt. Primò igitur repetendum eſt, quod jam diximus, reverentiam & obſequium, id eſt, exhibitionem honoris & pietatem. l. 1. De obſeq. á lib. præſtand. domino à ſuo deberi homine, exemplo liberti erga patronum. l. liberto. 9. eod.*

29. *Secundò tenetur homo proprius dominum evocantem ſequi, & opē ei ſuppetiaſq; ferre adverſus inimicos ipſius, ad exemplum beneficiarij ſeu vaſalli. c. de forma. 22. q. 5. c.*

ego

ego N. extr. De iureiur. c. 1. in tit. Hic finitur lex. etc. In vſib. feud. Iacobin. de homag. num. 30. Excep- 30.
tis tamen affinibus & cognatis. contra hos enim ſi dominum non adiuvat, ignoſcendum ipſi eſt. Nam ſi- 31.
cut pro perſona neceſſaria, qualiscunq; fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſſa datus accipi iubetur, etiamſi minus idoneus ſit. l. 1. & 2. In ius voc. ut eant. etc. & receptator cognati 32.
aut adfinis min⁹ ſevere punitur, quã qui nihil ad ſe pertinentem conſervavit aut occuluit. l. 2. De receptator. Vide Gaill. lib. 2. de pace publ. c. 10. num. 19. 20. 25. 26. & 35. vbi tradit caupones bannitos hoſpitio re- 33.

repentino recipientes ſtatim diſceſſuros ordinaria receptatorum pœna non puniendos. Et adverſus fratres vel fratris filios tutelam ſuſcipere nemo tenetur. l. humanitatis. 23. C. De excuſat. tut. ex qua lege e-
34. *tiam colligunt, ſermone generali, neminem præſumi quidquam conſtituere in eorum detrimentum, quos habet conſanguineos, Alciat lib. 1. præ-*
35. *ſumpt. 27. Ita hoc quoq; caſu neceſſarii propter naturalem amoris charitatem, & ne odium adverſus eos accendatur, quorum defenſionem innatus animis affectus dictat, excipiuntur gl. in d. l. 2. In ius vocati ut eāt. & text. & gl. in c. defleat peccator.*

ext.

ext. De reg. iur. c. non æſtimemus. 13. q. 2. d. l. humanitatis. 23. C. De excuſat.

Tertiò dicere domino ſacramentum fidelitatis & obedientiæ Iacobin. de homag. num. 32. 36
Quod tamen moribus noſtris paucis in locis circa ruſticos ſolet obſervari. Nam hi abſq; ulla iuramenti religione prædia conceſſa à dominis tenent, eaq; præſtant ſervitia, ad quæ ſunt obligati, & pro ſubditis habentur, perinde atq; iurati, Ferrarius de homag. §. ſubiectio etiam alia. f. 153. 37

Quartò domino elocanti filiam ſubſidium conferre, ſeu ſuccurrere aliqua extra ordinaria præſtatione 38

ad

ad dotem conſtituendam, & ſumtus in nuptiarum ſolennitatem neceſſarios ſuſtinendos pro more pro-
39. *vinciæ, & ad exemplum vaſalli, qui ſimiliter hoc caſu obligatus eſt domino. Iacobin, de homag. num. 33. verſ. iuxta prædicta: Idem de feud. verſic. qui quidem inveſtiti num. 76. Zaſ. in epit. feud. p. 7. nũ. 50. Chaſſen. in conſuet. Burgũd. Des iuſtices. Ru. 1. §. 4. verb. mariage d, vne fille.*
40. *Quæſitum autem hoc loco eſt, An homo proprius dominum ad inopiam*
41. *lapſum teneatur alere? (id eſt, non modo victum, ſed cætera quoq; onera, omneſq; vitæ neceſſitates ei ſubminiſtrare, hæc enim omnia verbo*

alimen-

alimentorum continentur. l. 5. §. non tantum. 12. De liber. agnoſc. l. legatis. 6. l. fin. De alim. legat. l. verbo victus. 43. l. quos nos hoſtes. 134. §. verbum vivere. fin. De verb. ſignif. Nicol. Everh. in Top. loco. Ab alimentis ad piam cauſſam. f. mihi. 300. Bart. gl. & DD. in l. Mela. De alim. leg. Marant. in p. 4. diſt. 9. num. 52. Minz. obs. 12. cent. 3. & in §. item ſi de dote. num. 4. De act. Guid. Pap. deciſ. 439. præſertim in materia favorabili, & quoties de iis conſtituendis per l. in teſtamentis. 12. De reg. iur. & iura alleg. non autem remittendis & tranſigendis agitur. l. cum hi. 8. §. qui 42. 43.

tranſigit.

tranſigit. 12. *De tranſact; quum odioſum ſit hoc tranſactionis genus, ideoq́ coarctandum, per l. cum quidam* 19. *De lib. & poſt c. odia. De*
44. *reg. iur. in.6.) Dubium facit ſimilitudo, quam libertus & homo proprius inter ſe habent. Libertum autem teneri ad præſtanda domino indigenti alimenta, apertiſſimi iuris eſt. l.6. De lib. agnoſc. l.1. C. De o-*
45. *per. libert. Præterea vaſallus cum quo non minus quam cum liberto magnam habet cognationem homo proprius, videtur obnoxius eſſe domino indigenti ad exhibenda alimenta. Bart. in. l. alimenta.* 7. *num.* 2. *De agnoſc. & al. lib. gl. in l. ſolo*

30. C.

*30. C. De liberal. cauſſa. & Iacob.
Ardiz. tit. 61. In ſum. feud. ubi mul-
ta in hanc ſententiam adducit argu-
menta, & expreſſe idem Barth. in
tr. aliment. num. 45. Speculat. tit.
Qui filii ſint legit. num. 11. fac. text.
in tit. De nov. form. fidel. & in §.
licet. Si de feud. def. content. ſit. In
vſib. feud. ubi dicitur, vaſallum do-
mino adjutorium præbere debere, ſi
ſciat ei magnum imminere pericu-
lum, Item, quod necare videatur,
qui alimoniam denegat. l. 4. De lib.
agnoſc. Chaſſen. in conſuetud. Bur-
gund. Rubr. 1. des juſtices §. 4. num.
8. Contraria tamen ſententia veri-* 46.
or eſt, videlicet, quod nec vaſallus

nec homo proprius teneatur dominum inopem alere, Ardiz. d. tit. 61. circa fin. Zaſ. in epit. feud. p. 7. num. 48. & ſing. reſponſ. lib. 1. c. 3. num. 85. verſ. ad alimenta. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. loco præalleg. Iacobin. de feud. vers. Et cum pacto quod dicti vaſalli. num. 7. & de homag. num. 29. quia nuſquam hoc jure cautum eſt, nec conſuetudine obſervatur. Ardiz. Iacobin. & Ioan. Andr. loco præalleg. & Iacobus Alvarotius in d. §. licet ſi de feud. def.
47. *content. Niſi dominus vaſalli cauſſa ad paupertatem redactus eſſet, aut bona ſua conſumſiſſet, puta bello juſtó neceſſariaq; defenſione ſubdito-*
rum

rum, aut beneficium vaſallo conceſſum eſſet admodum pingue aut fructuoſum, Iacobin. d. loco. de feud. Ardiz. eod. Bald. *in. l.* 1 *§. ſed ſcimus. C. De latin. libert. toll.*

Quintò tenetur tam ad munera 48.
(id eſt onera ſibi cum reliquis ratione patrimonii aut conditionis ſuæ communia. l. munus. 18. *De verb. ſignif.) quàm ad operas atq; præſtationes in conceſſione prædiorum ſibi à domino impoſitas. Iacobin. de homag. num.*30. *verſ. ſeptimò. Mu-* 49.
nerum autem quædam perſonalia ſunt, quæ ſcilicet perſonis imponuntur, & in labore perſonæ conſiſtunt, & aut dignitatem aliquam inter

ſui ordinis homines habent vel non
50. *habent; aut ſordida ſunt. Quædam realia quæ rei imponuntur* propter *rem, & poſſeßorem comitantur, & incapitationem collectum & tribu-*
51. *tum vulgo dividuntur, Quædam mixta quæ in labore perſonæ conſiſtunt, ſed propter rem perſonæ imponuntur, D D. & inprimis Alber. de Roſa. ad Rubr. De mun. & honor. Iaſ. in l. placet. num.* 1. & 2. *C. De ſacroſanct. Eccleſ. Ioan. De platea & alii in Rubr. C. De excuſat. mun. Chaſſen. in conſuetud. Burgund. Rubr.* 1. *Des juſtices.* §. 4. *ad verb. indire.*

De Operis.

Et

ET ad mixta munera pertinent operæ quæ à liberto patrono debentur & ingenuis imponi nequeunt, quum ſpeciem quandam præ ſe ferant, veſtigiumq́; ſapiant ſervitutis. l. pen. Si quis à par. manum. l. pen. De obſeq. libert. Jaſ. in. l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. 12. De condict. indeb. Ex hoc fonte defluxerunt operæ ruſticorum in Germania, quas dominis ſuis præſtant, & quæ vulgo vocantur Die Fröne/Frondienſte / Handtfrone/Pflugfrone / dictæ ab antiquo vocabulo Fron / quod ſacrum ſignificat, quia ſacræ libertatis, quæ per manumiſsionem contigit, remuneratio ſint, Sicut & Fron-
52.
53.

 bott qua-

bott *quaſi ſacer nuncius dicitur. gl. in ſpec. Saxon. art. 53. lib. 1. & art.*
54. *56. lib. 3.* Landtr. *Operæ ſunt diurnum officium, quia luce & per diem explicantur. l. 1. De oper. libert. l. 2. De ann. legat. & dividuntur in officiales, & artificiales ſeu fabriles. d. l. ſi non ſortem. 26. §. li-*
56. *bertus 12. De condict. indeb. Officiales ſunt quæ in officio perſonæ conſiſtunt & ad perſonam domini referuntur, ut adeſſe, comitari. l. eius artificii. 16. §. tales. 1. l. quod niſi. 20. l. hæ demum. §. 1. De oper. libert. curare memſam, domum etc. l. lega-*
57. *tis. 65. De legat. 3. Fabriles ſive artificiales ſunt, quæ ex artificio aliquo præſtantur, ut pingere, ſcribere, ar-*

chitectari, d. l. legatis, d. l. ſi non ſortem. §. libertus. Operæ autē fabri- 58.
les in præſtatione pecuniæ conſiſtunt; officiales nulla pecunia redimi poſſunt, nec alterius perſonæ, quàm ipſius patroni exhiberi, quia ſunt perſonales. l. fabriles. 6. De oper. libert. d. §. libertus, circa finem. Zaſ. ſing. reſponſ. lib. 1. cap. 3. Cuiac. lib. 17. obs. c. 14. Itaq; ut dixi, tenentur homines ſeu ruſtici proprii ad operas hominis debitas. Sicut autem libertus patro- 59.
no operas non debet, niſi promiſſas, pûta iureiurando vel ſtipulatione l. ut jurisjurandi. 7. De oper. libert. l. 44. in fin. princ. de lib. cauſſa. Ita 60.
nec homo proprius domino alias de-

bet operas, præſtationeſve, quam ad quas ſeſe in ipſo contractu, vel tacitè acceptando prædium, cui hoc vel illud onus inhærebat; vel expreſſè id eſt, de novo paciſcendo, ad-
61. *ſtrinxit* Poteſt *enim dominus, tempore traditionis prædii (quod noſtri* Ein Erbe oder Hoff *&* *in tenuioribus* einen Katen *nominant.) legem adponere quam velit. l. 6. C. De rer. permut. l. in traditionibus. 48. De pact. l. in tradendis 7. §. 1. Commun. præd.*
62. *Unde vulgò dici ſolet contractus ex conventione legem accipere. l. 1. §. ſi*
63. *convenit. 6. Depoſiti, velutiſi paciſcatur, ut ſingulis annis hoc vel illo menſe ſolvat par gallorum gallina-*

ceorum

ceorū,quod noſtri vocant das Rauch-hun. *(Nam quia gallinæ illæ in altum evolant, ibiq́ nidificant, aut noctu requieſcunt, propterea altitudinem juris quoq́ ſignificant, & in dubio merum imperium denotant) Vel aliquot modios frumenti, quod noſtri* Kornpechte *adpellant, vel certam ſummam denariorum aut ſolidorum, quæ* Geldtpacht & Gültte *nobis dicitur. Item ut toties domino operetur arando, conſerendo, triturando, ligna in domum domini convehendo.* 64.

Atq́ hæ quidem operæ potiſsimum ab iis præſtantur, quibus tantum agri à dominis conceſſum eſt, ut alere equos aut boves aratores poſsint, 65.

quos noſtri Anſpanner oder Huffner/ *&*
66. *operas ipſas* plůgdienſte *appellãt, ſicut è diverſo tenuiores Colonos ſeu homines ſuos, quibus tantũ agri ſeu facultatum non eſt, ut peculiares alere equos & vecturæ arationisq́ officia implere poßint,* Kötener / Köter / Kattſaſſen / Handtfröner / *& operas ipſas* Handt dienſt/ *nuncupant, qui tamen & ipſi non minus quam illi, pro modo facultatum & agri conceßi, tum operas domino ſuo edunt, tum annu-*
67. *um aliquid præſtant. Dixi ad debitas operas hominem proprium teneri, Quia ſervitia non ſunt extendenda & amplianda, ſed intra ſuos fines cohibenda. c. dilecto. extr. De*

offic.

offic. archidiac. Quare & ſi quæ o- 69.
peræ indebitæ eduntur, per vim &
metum intelliguntur eſſe extortæ. l.
ſi per impreſsionem 11. *C. De his quæ*
vi met. cauſſa. c. ſane. ext. De exceſs.
prælat. l. cum ſatis. 23. §. 1. *verſ. ca-*
veant. C. De agric. lib. 11. *& operæ*
indeterminatè à ſubditis debitæ ſuis
dominis non debent nimis aggrava-
ri, ſed reduci ad arbitrium boni viri
l. ſi libertus 30. *in pr. ibiq; Gothofr.*
De oper. libert. Beuſt, in Rubr. de
jurejur. num. 41. *Quilibet enim te-* 70.
netur jure ſuo legitimè uti, gl. in. c.
cauſſam 8. *in verb, ſi tamen. De e-*
lect. d. l. ſi libertus, quum expediat 71.
Reip. ne ſua re quis malè utatur. §.
ſed

ſed & hoc tempore verſ. ſed & ma-
72. *ior. De his qui ſui vel al. jur. Quod ſi dominus premit hominem ſuum contra jus vel contra ſolitum ſerviendi morem, forte ſi imponantur noua ſeruitia, tunc eo nomine agi poteſt contra dominum ex l. 1. C. In quibus cauſſis col. dom. accuſ. poſſ. lib. 11.*
73. *Porro circa hunc quintum effectum juris dominici in hominem proprium competentis, & in obligatione ad faciendum conſiſtentis multæ naſcuntur quæſtiones,* Prima eſt, *Numquid dominus operas ſibi debitas alteri edendas delegare vel cedere poſſit? Ac delegari cedive poſſe, adparet ex l. ſi non ſortem. 26. §. libertus*

tus. 12. circa fin. De condict. indeb. Quod tamen accipiendum eſt de fabrilibus non de officialibus: item ad rationem æqualem, non ut deterior fiat ruſtici conditio, uti jam dictum eſt. Iacobin. de Royd. num. 1. Ioan. Ferrar. lib. 6. de feud. c. 3. §. eatenus. f. mihi. 160. 74.

Secunda quæſtio eſt, An operæ vno aut altero anno ab homine proprio non præſtîtæ rectè exigantur? Ac diſtinguendum eſſe Interp. tradunt, utrum interpellatus neglexerit operas edere & ſua culpa moram commiſerit; an verò dominus vel ijs non indiguerit, vel exigere eas ſuperſederit. Priore caſu ad præ- 75.

teritas

teritas teneri æquũ eſt, propter culpam, quæ doli loco eſt, & nemini prodeſſe debet, argum. l. 4. l. cum patronus. 22. l. ſi libertus 44. De oper. libert. Poſteriore caſu æquius eſt à ruſtico non præciſe ipſam operarum editionem, ſed potius earum æſtimationem exigi, quum in mora non fuerit, & ipſius magis interſit exhibuiſſe operas ſuo tempore, quippe quo paratus erat, quam nunc demum ijs moleſtari, nimirum tempore minus commodo. Iacobin. d. tract. num. 2. Ioan. Ferrar. lib 6. feud. c. 3. §. ſed & de hoc. fol. mihi. 160. Bart. in l. ſtipulationes nõ dividuntur. 72. §. fin. De verb. oblig.

Tertia

Tertia quæſtio eſt, An dominus 76.
operas hominis ſui poßit in pecuniariam præſtationem & è contrario pro libitu convertere? Et ſciendum eſt, aut hoc inter dominum & colonum actum eſſe, ut certa penſione annua perpetuo redemptæ in poſterum ſint operæ, aut incidente duntaxat neceßitate converſas eſſe in pecuniam. Ac priore caſu non poſſe dominum omiſſa pecuniæ acceptatione ad operarum exactionem regredi certum eſt, quia pacta ſervanda ſunt 77.
l. 1. *De pact. Ferrar. lib. 6. feud. c.* 3. *§. proinde certa. f. mihi* 160. *Poſteriore autem caſu poteſt ſuo arbitratu vel operas, vel pecuniam operis*

æqui-

æquipollentem exigere pro regionis
more, & boni viri æſtimatione. Ia-
cobin. de homag. num. 31. Ferrar. lo-
co præalleg. Bald. in l. 1. ad fin. C. De
oper. libert. & in c. 1. §. fin. De pac-
78. *ten. int. ſubdit. In vſib. feud.*

Quarta quæſtio eſt. Si colonus ad
unam quotannis operam edendam
obligatus decedat, ea nondum edita,
pluribus relictis filiis, an dividenda
ſit inter filios operæ editio, an verò
ad eam præſtandam in ſolidū ſingu-
li teneantur? Sane Iacobin. de Royd.
num. 3. 4. & 5 latè hanc quæſtio-
nem diſputat, allegatis in utramq;
79. *partem argumentis contrariis. Sub-*
ductis autem rationibus omnibus

ſum-

ſummam hanc facit concluſionis, quã Ioann. Ferrar. lib. 6. feud. c. 3. §. in ea quoq; facti ſpecie f. mihi. 162. ſequitur. Aut operæ debentur ex ſacramento fidei clientelaris & obſequii, quod homagium vulgò nuncupari ſupra dixi; aut ex ipſis defuncti prædiis. Si ex fide clientelari debentur, perſonales ſunt, & quotquot perſonæ domino fidelitatis vinculo ſeſe obſtrinxêre, tot etiam ſervitia debent & quidem in ſolidum; quia quilibet pro ſe obligatus eſt. Sin autem ex prædiis defuncti præſtandæ veniunt, is qui jurè ſucceſſionis prædia adipiſcitur, munera quoq; ipſis prædiis inhærentia ut agnoſcat, 50. 51.

neceſſe eſt, quia cum ſua quisq́ conditione fundus tranſit, & ſervitus prædium ſequitur. l. alienatio. 67. De contrah. emt. cum ſimil. alleg. à Gothofr. ibid. c. ex litteris. 5. De pignor. c. cum non ſit. extr. De decim. l. cum
83. *fundus. 13. Commun. præd. Quod ſi duo vel plures filii in uno prædio patri ſucceſſerunt, & operæ diviſionem recipiunt, quilibet obligatur pro virili portione, & ſua parte edita, non tenetur ad officium ullum amplius.*
84. *Operis autem diviſionem non admittentibus, quilibet in ſolidum tenetur, & convenitur. Uno tamen operam totam præſtante cæteri liberantur, quos ad legitimam compen-*
ſationem

ſationem juris actione is, qui operam edidit, debet compellere. Quare & conſultiſſimum hoc caſu fuerit, vnũ ex omni coheredũ numero eligi (atq; is quidem natu maximus vel primogenitus eſſe conſuevit) qui operas illas ex re communi vel pro diviſo debitas ſolus præſtet, earumq; compenſationem aliunde rurſus accipiat l. quoties. 23. Ad Trebell. l. cum pater. 77. §. hereditatem 4. De leg. 2. l. heredes. 25. §. contra ſi promiſſor. 10. Famil. herciſc. l. ſi duo. 22. Depoſiti. 15.

16. *Quinta quæſtio eſt, An, ſicut jam dixi, operas diviſibiles facta partione poſſe pro portionibus virili-*

bus à coheredibus edi; Ita è diverſo plures domini ſubditos communes inter ſeſe recte dividant, ſic ut ſuos quisq; habeat quos & jurisdictione & operis ſibi uni addictos agnoſcat.
7. *Dubium facit quod jurisdictio ſit res incorporalis & individua. c. imperialem. §. firmiter 1. De prohib. feud. al. per Frideric. Iacobin. de feud. in verb. dubitatur etiam, num. 1. 2. 3.*
8. *& 4. Sed verius eſt, ſubditos pluribus dominis communes poſſe dividi, tum quoad operas edendas, tum quoad recognoſcendam jurisdictionem. Nam exercitium jurisdictionis corporale eſt, & propterea dividi poteſt; ac diviſum adminiſtrari. Oldend.*

dend. claſs.5 act.16.tit. De act. beneficiar. f.920. Ioann. Ferrar. loco præalleg. Barth. in l. inter tutores.37. num.6. De adminiſtr. tut. vide Imol. & Panor, mit. in c. prudentiam.21. De offic. & poteſt. jud. de leg.

Sexta quæſtio eſt, An colonus teneatur extra territorium ſeu loca juriſdictioni domini ſubjecta operas edere? Ac non teneri æquius eſt, 89.
Nam in operarum promiſsione hoc 90.
actum eſſe intelligitur, ut eo loco redderentur, ubi dominus moratur, vel ubi prædia, quorum ratione operæ debētur, ſita ſunt, l. quod niſi.20. & l. operæ ſeq. De oper. libert. Iacobin. de Royd. num.7. Niſi conſuetudo ali-

 ud

ud oſtendat, ex qua totũ hoc ius dominicum in homines proprios fluxit, & quæ optima in obſcuris caſibus eſt interpres, aut forté prædiorum gratia tam intra quàm extra territoriũ ſit inſerviendum. Ferrar. lib. 6. feud. c. 3. §. hinc eſt, quod ſubditus. f. mihi 161.

91 Septima quæſtio eſt, cuius victu & impendiis operas præſtare colonus teneatur? Et quanquam regulariter ſuo ſumptu ſervitia debita impleat ad exemplum vaſalli & liberti. l. ſuo victu. 18. cum ſeq. De oper.

92 libert. Tamen conventio, item conſuetudo locorum, quæ tacitæ conventionis vim habet. l. excepto. 18 C. Locati. ſpectanda eſt, & coloni inopiæ ratio

ratio habenda, d. l. ſuo victu & l. operæ. 21. in fine De oper. libert. gl. in l. quoniã. 10. in verb. ſumptus. C. De teſtibus. Barth. in l. ſi non ſortem. 26. §. libertus nũ. 31. De condict. indeb. Jaſon ibid. num. 28. Zaſ. ſing. reſponſ. c. 3. lib. 1. num. 55. cum mul. l. ſeq. In 93.
precariis etiã & quæ citra obligationẽ mero domini rogatu præſtantur, itẽ ſi procul é territorio ſuo colonus evocatus dominũ ſequi cogatur, non eſt dubium incumbere exhibitionẽ ſeu onus alimentorum ipſi domino d. l. quod niſi. 20. in f. cum l. 21. ſeq. De operis libert. Bald. in l. liberti C. eod. Naturali enim ratione cibariorũ im- 94.
penſæ ad eum pertinent, qui hominis

95. *opera utitur. l. in rebus, 18. §. poſſunt. 2. Commod. Cui conſentaneum eſt, ut inſtrumenta ſine quibus operas domino debitas, præſtare nequeat, ſuo ſumtu colonus & comparet, & rupta fractavè reficiat. l. 2. §. ſi conſervatis. 1. Ad L. Rhod. de iact. d. gl. in. l. quoniam* 10 *ad verb. ſumptus C. De teſtibus. Iacobin. de Royd. num. 8. Iaſ. in d. l. 26. §. libert. num. 30. & 31. De condict. indeb. Petr. Peckius. De re nautica. ad. d. l. 2. §. 1. Ad L. Rhod. de iactu. f. mihi* 173.

96. *Octava quæſtio eſt, An etiam ad nocturnas operas teneatur colonus, puta, ad excubias agendas in aliqua*
97. *turri domini? Dubium facit, quod*

ſupra

ſupra dictum eſt, operas eſſe diurnum officium, & luce explicari. Sed 91.
ſciendum eſt tempore neceßitatis, & ingruente hoſtium incurſu teneri. Barth. in d. l. 26. §. libertus. 12. num. 15. De condict. indeb. Iacobin. de homag. num. 43. uſq; ad fin. tractatus. Beuſt. d. Rubr. De jurejur. num. 42. Aut ſi pacto aut inveterata conſuetudine debeantur, conſentit Aug. Elect. Saxon. conſtit. 51. p. 2. in verbis So aber dennoch derwegen eine vorwerte gewonheit/oder aber ſonderliche *pacta* vñ vereinigungen kõnten dargethan werden / oder es were in gemeinen Kriegsleufften / oder das Mordtbrenner ſchaden theten / oder die Lehn Herren hetten obgeſachte Feinde / etc.

99. *Nona quæſtio eſt; An diruto caſtro, ad quod colonus tenebatur operas edere, puta ligna uel aquam convehere etc. vel in excubiis eſſe, & novo non ibidem ſed alibi in ſtaurato, cogi jure poßit operas & cuſtodi-*
100. *am ad illud novum præſtare? Dubium facit, quod idem caſtrum eſſe exiſtimari nequeat, cuius ſpecies eadem non conſiſtat. l. proponebatur. 76. inf. De judic. Sed verius eſt ad novum caſtrum ſervire colonum oportere, quia ſuccedaneum ſapit naturam eius, cui ſurrogatur. Iacobin. de Royd. num. 50. Ioann. Ferrar. lib. 6. feud. c. 3. §. ſed quid ſi caſtro. fol. 161. & colonus ſervit propter rem*

ipſam

ipſam, id eſt prædium, quod à domino tenet; vel lege conventionis, quã cum eo iniit, argumento l. ſi eum. 10. §. qui iniuriarum. fin. Si quis caution. Item permiſſum eſt domino 120.
operas, quæ quocunq; nomine ſibi debentur in id, quod maximè neceſſarium ſibi videtur convertere, argũ. l. legatam. 4. De adminiſtr. rer. ad civit. pertin. l. fin. in pr. De oper. public.

Decima quæſtio fluit ex præce- 103.
denti, An homo proprius ad novas domini ædes extruendas vel conſervandas ſuſtinendaſq; teneatur operas ſuas edere præter morem hactenus obſervatum, aut conventionis legem?

104. *legem? Et nõ teneri probabile eſt, ne deteriori conditione prægravetur. l. cum ſatis. 23. §. 1. vers. caveat. C.*
105. *De agric & cenſit. lib. 11. utq́; onera potius reſtringantur, quam amplientur. c. odia: De reg. jur. in 6.*

CAPVT VII.

Summæ.

1. 2. *Effectus juris in proprios homines quoad dominum.*

3. 17. *Mediocris caſtigatio ſubjectarum aliquo jure perſonarum eſt permiſſa ſuperioribus.*

4. 5. 6. 7. *Domino licet caſtigare ſervum.* 9. *hominem proprium.* 14. *familiam.*

10. *Libertum patrono.*

11. *Filium patri.*

12. *Minorem propinquo.*

13. *Diſcipulum magiſtro.*

15. *Marito vxorem.*

Monachum

1 6. *Monachum abbati.*
1 8. *Regula Quotieſcunq; exceſſus prohibetur, toties mediocritas permittitur; exiguitas vero pro nulla habetur.*
24. 66. *Quando locum habeat.* 25. 26. *ejus ratio duplex.*
19. *De minimis non curat prætor.*
20. 21. *Reſtitutio minoris non fit ob damnum aut præjudicium modicum.*
2 2. *Reſciſſio venditionis.* 28. *ob minimam cauſam non conceditur.*
2 3. *Arbitramenti reſciſſio.*
2 7. *Vulnuſculi pœna.*
2 8. 29. *Febriculæ, invaletudinis excuſatio.*
3 0. *Modicæ fidei teſtium depoſitio.*
3 1. *Minimi lucri adquiſitio.*
3 2. *Parum ſcientis conditio.*
3 3. 34. *Modicæ injuriæ aut doli actio.*
3 5. 3 6. 3 7. *Modicarum impenſarum repetitio.*
3 9. *Modicæ torturæ æſtimatio.*
4 0. 41. 48. *Modicæ ſummmæ debitor.*
4 2. *Modicæ ſolennitatis omiſſio.*
4 3. *Subſtantia pupilli modica.*
4 4. *Poſſeſſio modicorum immobilium.*
4 5. *Rei viliſſimæ alienatio.*
4 6. *Comparatio domunculæ.*
4 7. *Modica dos pro nulla eſt.*
4 9. *Modica ſuperficiei conductio.*

Modica

50. *Modica raſura.*
51. *Modica teſtium diſcordantia.*
52. *Pauciſſimi dies reſidui.*
53. *Repreſſaliæ ob modicam ſummam.*
54. *Mora modici temporis.*
55. 56. *Dilatio temporalis creditori non deneganda.*
57. *Modicum detrimentum.*
58. 59. 60. *Locatio an in feudis prohibita.*
61. *Modica familiaritas.*
62. *Modica deterioratio.*
63. *Revocatio donationis modicæ.*
64. 65. *De modica ſumma appellatio in Cam. non recipitur.*
67. *Modica res ſeu ſumma quæ dicatur.*
68. *Secundo dominus poteſt multare & cohercere ſuum hominem.*
69. *Tertiò poteſt eum capitaliter punire & confiſcare.*
70. *Quartò ab alio vindicare.*
71. *Quintò agere contra moleſtantem ſuum hominem,*
72. *Sextò injuriarum nomine agere.*
73. 74. *Septimo petere ſuo homini juſtitiam fieri, qua denegata ei concedere repreſſalias.*
75. *Octavò colonum ejicere è fundo.*
76. *Dominus præfertur omnibus extraneis emtoribus*
77. *Nonò dominus hominibus ſuis ſine prole defunctis ſuccedt*

An do-

78. 79. 80. 81. 82. *An dominus ſuccedat ſuo homini in nominibus habitis in alieno territorio.*

83. 84. *An dominus homini ſuo in ſuo territorio defuncto ſuccedat in immobilibus alibi ſitis.*

85. *Decimò poteſt dominus à colono jura venditionalia exigere.*

86. *Fallit in alijs contractibus.*

87. *Odioſa ſtricte accipienda.*

88. 89. 90. *Iura venditionalia quid & quotam bonorum partem complectantur.*

91. *Vndecimò dominus tenetur ſubditos ſuos defendere.*

92. *Duodecimò poteſt in caſu neceſſitatis indicere hominibus ſuis extraordinariam contributionem.*

93. *Fallit in his quibus jure hæc facultas conceſſa non eſt.*

Quæſtio IV. Principalis, pars poſterior.

D*Ixi ſupra effectum iuris dominici in homines proprios dupli-*

citer

citer conſiderari, videlicet reſpectu ipſius hominis, & reſpectu domini. Et hominis quidem contemplatione tum in omiſſione actuum illicitorum tum in facto debitarum operarum
2. *& præſtationum conſiſtere. Abſolutis igitur quàm fieri potuit breviſſimè ijs, quæ ad colonum ipſum pertinent, tranſeamus ad eos effectus exponendos, qui domino vi & poteſta-*
3. *te hujus juris competunt. Ac primò quidem pro regula hic obiter tenendum, quod mediocris caſtigatio ſubjectarum aliquo jure perſonarum*
4. *eſt permiſſa ſuperioribus, Hinc domino licet ſervum ſuum moderatè caſtigare l. un. C. De emend. ſerv. ubi*

vbi Gothofr. quod vſufructuario 5.
quoq; permiſſum eſt, utcunq; domi-
nus non ſit. l. locum 17. §. *ex eo.* 1.
De uſufr. & marito in ſervos dota- 6.
les. l. ſi conſtante. 24. §. *ſi maritus.*
5. *ſol. matrim. & creditori in ſervũ*
ſibi pignori datũ, quem vincire me- 7.
rentem poteſt. l. ſervum. 27 *.in fine*
De pignor. Id quod ſane miran- 8.
dum eo minus eſt, quando ijs etiam,
qui anguſtiorem in alios habent po-
teſtatem, quam domini in ſervos,
modica tamen in ſubjectos ſævitia
libera eſt. Poteſt enim dominus ho- 9.
mines ſuos propria auctoritate com-
prehendere & mediocribus plagis
caſtigare, text. & ibi Bald. in Auth.

ad hoc qui ſuam in fin. C. De latin. li-
10. *bert. toll. Et patrono levis coercitio in libertam ſuam etiã marito nuptam nõ denegatur. l. non ſolum. 11. §. quanquam. 7. verſ. levis enim. De in-*
11 *iur. Et patri poteſtas tributa eſt filios pietatem ipſi debitam non agnoſcentes caſtigare, & adverſus perſeverantes acriori quoq; remedio uti; Imò magiſtratui eos offerre, uel carceri includendos, vel alio modo corripiendos. l. 1. De obſeq. libert. l. 3. C. De patr. poteſt. l. Divus. 5. Ad L. Pompei. de parricid. vide Weſenb. in paratit l. ff. De re milit. in*
12. *fine. Et propinquis licet pro qualitate errati corrigere minores, ut quos ad*

vitæ

vitæ decora domeſticæ laudis exempla non provocant, ſaltem correctionis medicina compellat. l. un. C. De emendat. propinquorum. Et magi- 13.
ſtro diſcipulum docenti, ſi parum benè faciat diſcatvè quod traditum demonſtratumve erat, levis caſtigatio conceſſa eſt. l. ſed & ſi quemcunq; 5. §. fin. Ad L. Aquil. l. item quæritur 13. §. item Iulianus. 4. ibiq; Gothfr. Locati. Quintilianus lib. 1. Inſtit. orator. c. 3. inf. Et in 14.
familiam operas locatas ſegniter infideliterve facientem eadem poteſtas domino eſt. gl. in c. cum voluntate. 54. §. fin. in verb. de familia ext. De ſent. excommunic. text. in

c.duo iſta.23. q. 4.c.cū beatus.§. Salomon. c.diſciplina.diſt.45. Antō. de
15. *Butr.in c.cū contingat. De for. compet. Et marito permiſſum eſt vxorē mediocriter coercere.l.conſenſu.8.§. ſi qua.2.C.De repud.Novell 117.c. 14.ibiq́ omninò Gothofr. c. placuit. 33.q.2.c.quemadmodum 25.de jure-*
16. *iur.Oldendorp.claſ.7.act.12. Et abbas licitè poteſt monachū, clericū aut converſum verberare.c. univerſitatis 24. De ſent. excommun.d.c. cum voluntate.54.eod. gl in c. poteſt quis*
17. *68. De reg. jur. in 6. Idemq́ judiciū univerſim eſto de iis, qui in aliqua poteſtate ſuperiore ſunt cōſtituti, quocunq́ tandem nomine ea adpelletur, obſer-*

obſervato tam ẽ decore cuiusq; regimini apto & accommodato, d.c.duo iſta.23.q.4. ut in ſubiectos peccantes juſte ſæviat diſciplina ijsdemq; nihilominus pie conſulat miſericordia. d. c.diſciplina.diſt.45. Ex quibus omnibus ad ſummã colligi poteſt, Quotieſcunq; exceſſus prohibetur, toties mediocritatẽ permitti; exiguitatem verò ſeu in defectu poſitã extremitatẽ adeo non curari, ut pro nulla habeatur. Paris de Puteo. de redintegr. feud. c. 150. & 163. & Bertachinus in verb. modicum. ubi conciliat pugnantia. Unde regula illa nata eſt. De minimis non curat prætor. l. ſcio. 4. De in integr. reſtit. Bart. in 18. 19.

l. ſi proprietarius. 22. num. 2. De
20. *dam. inf. Sic minor reſtituitur in integrum adverſus venditionem, ſi grande ipſius damnum ſit. l. ſi ex cauſſa. 9. in princ. De minor. d. l.*
21. *4. De reſtit. in integr. Sic non conceditur reſtitutio ei, qui omiſit probare vel opponere exceptionẽ dilatoriam, quia dicitur modici præiudicii. fac. l. ſi fideiuſſor 29. §. quadam. 4. Mand. M. Ant. Cucch. de morat.*
22. *præſcript. num 157. & 158. Et venditio non reſcinditur, niſi læſio doceri poßit, ultra dimidium juſti pracii. t. tit. ff. & C. De reſcind. vend Ferrarienſ. in form. lib. quo agit. ad poen. ex comprom. in verb. nec reductio*

ctio peti. num. 4. ubi propter modi- 23.
cam læſionem non conceditur redu-
ctio arbitramenti ad arbitrium boni
viri; ſecus ſi enormiſſima ſit, tunc e-
nim rectè petitur, etiamſi eidem re-
nunciatum ſit jurato. Marant. de
ordin. judic. p. 6. f. mihi 573. num.
115. *Ratio autem regulæ, quæ qui-* 24.
dem vera eſt, cum de retractandis
ſeu reſcindendis negociis antea ge-
ſtis contractisq́ agitur. Bart. d. loco.
duplex eſt. Prior quod omnes actio- 25.
nes reſciſſoriæ dantur contra jus ci-
vile & propterea odioſæ ſunt, neq́;
de quavis minima frivolaq́; cauſſa
concedi debent. Poſterior. ne propter 26.
minimam rem uel ſummã majori rei
 vel

99. *Nona quæſtio eſt; An diruto caſtro, ad quod colonus tenebatur operas edere, puta ligna uel aquam convehere etc. vel in excubiis eſſe, & novo non ibidem ſed alibi in ſtaurato, cogi jure poßit operas & cuſtodi-*
100. *am ad illud novum præſtare? Dubium facit, quod idem caſtrum eſſe exiſtimari nequeat, cuius ſpecies eadem non conſiſtat. l. proponebatur. 76. inf. De judic. Sed verius eſt ad novum caſtrum ſervire colonum oportere, quia ſuccedaneum ſapit naturam eius, cui ſurrogatur. Iacobin. de Royd. num. 50. Ioann. Ferrar. lib. 6. feud. c. 3. §. ſed quid ſi caſtro. fol. 161. & colonus ſervit propter rem*

ipſam

ipſam, id eſt prædium, quod à domino tenet; vel lege conventionis, quã cum eo iniit, argumento l. ſi eum. 10. §. qui iniuriarum. fin. Si quis caution. Item permiſſum eſt domino operas, quæ quocunq; nomine ſibi debentur in id, quod maximè neceſſarium ſibi videtur convertere, argũ. l. legatam. 4. De adminiſtr. rer. ad civit. pertin. l. fin. in pr. De oper. public. 120.

Decima quæſtio fluit ex præcedenti, An homo proprius ad novas domini ædes extruendas vel conſervandas ſuſtinendaſq; teneatur operas ſuas edere præter morem hactenus obſervatum, aut conventionis legem? 103.

104. *legem? Et nõ teneri probabile eſt, ne deteriori conditione prægravetur. l. cum ſatis. 23. §. 1. vers. caveat. C.*
105. *De agric & cenſit. lib. 11. utq; onera potius reſtringantur, quam amplientur. c. odia. De reg. jur. in 6.*

CAPVT VII.

Summa.

1. 2. *Effectus juris in proprios homines quoad dominum.*
3. 17. *Mediocris caſtigatio ſubjectarum aliquo jure perſonarum eſt permiſſa ſuperioribus.*
4. 5. 6. 7. *Domino licet caſtigare ſervum.* 9. *hominem proprium.* 14. *familiam.*
10. *Libertum patrono.*
11. *Filium patri.*
12. *Minorem propinquo.*
13. *Diſcipulum magiſtro.*
15. *Marito vxorem.*

Monachum

16. *Monachum abbati.*
18. *Regula Quotieſcunq; exceſſus prohibetur, toties mediocritas permittitur, exiguitas vero pro nulla habetur.*
24. 66. *Quando locum habeat.* 25. 26. *ejus ratio duplex.*
19. *De minimis non curat prætor.*
20. 21. *Reſtitutio minoris non fit ob damnum aut præjudicium modicum.*
22. *Reſciſſio venditionis.* 28. *ob minimam cauſam non conceditur.*
23. *Arbitramenti reſciſſio.*
27. *Vulnuſculi pœna.*
28. 29. *Febriculæ, invaletudinis excuſatio.*
30. *Modicæ fidei teſtium depoſitio.*
31. *Minimi lucri adquiſitio.*
32. *Parum ſcientis conditio.*
33. 34. *Modicæ injuriæ aut doli actio.*
35. 36. 37. *Modicarum impenſarum reputatio.*
39. *Modica torturæ æſtimatio.*
40. 41. 48. *Modicæ ſummæ debitor.*
42. *Modicæ ſolennitatis omiſſio.*
43. *Subſtantia pupilli modica.*
44. *Poſſeſſio modicorum immobilium.*
45. *Rei viliſſimæ alienatio.*
46. *Comparatio domunculæ.*
47. *Modica dos pro nulla eſt.*
49. *Modica ſuperficiei conductio.*

Modica

50. *Modica raſura.*
51. *Modica teſtium diſcordantia.*
52. *Pauciſſimi dies reſidui.*
53. *Repreſſaliæ ob modicam ſummam.*
54. *Mora modici temporis.*
55. 56. *Dilatio temporalis creditori non deneganda.*
57. *Modicum detrimentum.*
58. 59. 60. *Locatio an in feudis prohibita.*
61. *Modica familiaritas.*
62. *Modica deterioratio.*
63. *Revocatio donationis modicæ.*
64. 65. *De modica ſumma appellatio in Cam. non recipitur.*
67. *Modica res ſeu ſumma quæ dicatur.*
68. *Secundo dominus poteſt multare & cohercere ſuum hominem.*
69. *Tertiò poteſt eum capitaliter punire & confiſcare.*
70. *Quartò ab alio vindicare.*
71. *Quintò agere contra moleſtantem ſuum hominem,*
72. *Sextò injuriarum nomine agere.*
73. 74. *Septimo petere ſuo homini juſtitiam fieri, qua denegata ei concedere repreſſalias.*
75. *Octavò colonum ejicere è fundo.*
76. *Dominus præfertur omnibus extraneis emtoribus*
77. *Nonò dominus hominibus ſuis ſine prole defunctis ſuccedri*

An do-

78. 79. 80. 81. 82. *An dominus ſuccedat ſuo homini in nominibus habitis in alieno territorio.*

83. 84. *An dominus homini ſuo in ſuo territorio defuncto ſuccedat in immobilibus alibi ſitis.*

85. *Decimò poteſt dominus à colono jura venditionalia exigere.*

86. *Fallit in aliys contractibus.*

87. *Odioſa ſtricte accipienda.*

88. 89. 90. *Iura venditionalia quid & quotam bonorum partem complectantur.*

91. *Vndecimò dominus tenetur ſubditos ſuos defendere.*

92. *Duodecimò poteſt in caſu neceſſitatis indicere hominibus ſuis extraordinariam contributionem.*

93. *Fallit in his quibus jure hæc facultas conceſſa non eſt.*

Quæſtio IV. Principalis, pars poſterior.

D*Ixi ſupra effectum iuris dominici in homines proprios dupli-*

citer

vbi Gothofr. quod vſufructuario 5.
quoq; permiſſum eſt, utcunq; dominus non ſit. l. locum 17. §. *ex eo.* 1.
De uſufr. & *marito in ſervos dota-* 6.
les. l. ſi conſtante. 24. §. *ſi maritus.*
5. *ſol. matrim.* & *creditori in ſervũ*
ſibi pignori datũ, quem vincire me- 7.
rentem poteſt. l. ſervum. 27. *in fine*
De pignor. Id quod ſanè miran- 8.
dum eò minus eſt, quando ijs etiam,
qui anguſtiorem in alios habent poteſtatem, quàm domini in ſervos,
modica tamen in ſubjectos ſævitia
libera eſt. Poteſt enim dominus ho- 9.
mines ſuos propria auctoritate comprehendere & *mediocribus plagis*
caſtigare, text. & *ibi Bald. in Auth.*

ad hoc qui ſuam in fin. C. De latin. li-
10. *bert. toll. Et patrono levis coërcitio in*
libertam ſuam etiã marito nuptam
nõ denegatur. l. non ſolum. 11. *§. quan-*
quam. 7. *verſ. levis enim. De in-*
11 *iur. Et patri poteſtas tributa eſt fi-*
lios pietatem ipſi debitam non agno-
ſcentes caſtigare, & adverſus perſe-
verantes acriori quoq; remedio uti;
44. *tutela. 7. C. De in integr. reſtit. Sic ſi contractus eſt bonæ fidei, etiã diſtractus eſt bonæ fidei. Everhard. in loco A pugnant. ſeu oppoſ. f. mihi. 122. per l. ab emtione. 59. De pact. Et*
45. *quæ ſunt cauſſæ adquirendi l. 3. in pr. l. 8. De adquir. poſſeſſ. l. ferè 153. De Reg. jur. cum ſimil. alleg. ibi à*
46. *Gothofr. Quare nec creditor mutare debitorem cogitur; licet hic æque idoneum ſubſtituere paratus ſit, l. ſi*
47. *mandatũ 45. §. item ſi 2. Mandati. Conſenſus enim in omnibus contractibus*

ctibus requiritur. l. 1. §. 1. *De pact. inviti autem non conſentiunt. Excipiuntur tamen ab hac regula certi caſus vel ob ſpecialem diſpoſitionem legis contrariam vel ob ultimarum voluntatum libertatumvê conſervandarum, vel religionis promovendæ, vel utilitatis publicæ favorem.* Gothofr. *ad. d. l. invitum.* 11. *C. De contrah. empt. Mozz. de Emt. c.* 4. *num.* 58. *f. mihi.* 374. *Socin. reg.* 530. *De quibus ordine videamus. Itaq; primò dominus rem habens cum fiſco pro parte communem, cogitur fiſci alienationi conſentire, & ſuam quoq; portionem accepta precii congrua parte vendere. l.* 48. 49. 50.

re. l. 2. C. De commun. rer. alien. ubi Gothofr. l. un. C. De vend. rer.
51 *fiſcal. lib. 10. Eandem ob cauſſam habēti jus prælationis ſeu protomiſceos, vel lege municipali vel ſingulari jure, cogitur invitus poſſeſſor vendere. Matth. de Afflict. & Bald. tr. De jur. protomiſ. Mantua ad l. dudum. C. De contrah. emt. Tiraquell. De utroq; retractu.*

52. *Secundo ſi teſtator mandet certo loco, quem communem cum pluribus vel fratribus vel ſociis habeat, delubrum extrui, aut ſi ſervum communem pupillariter ſubſtituat, coguntur cæteri ſuas partes vendere, tum ob religionis, tum ob libertatis, tum ob ulti-*

ob ultimæ voluntatis adimplendæ favorem. Iaſ. in l. 2. num. 4. Sol. matrim. l. ſi ſervus. num. 5. De vulg. & pup. ſubſtit. Itē ſi teſtator iubeat he- 13.
redem æquo aliquam rem precio vel emere vel vendere, cogitur is voluntati eius ſatisfacere. Iaſ. in d. l. ſi ſervus. num. 5. 6. 7. Tertio ſi quis ſer- 14.
vo communi vel inter vivos, vel in teſtamento libertatem donet, coguntur ſocii precium ſecundum partem dominii ſui accipere l. 1. C. De com. ſerv. manu. ubi gl. in verb. accipiente, De donat. Item qui à patre ege- 15.
no & fame laborante filium emerit, cogitur eundem rurſus vendere, ſi vel ipſe pater, vel venditus filius,

vel

vel quivis alius ad propriam ingenuitatem eum revocet, preciumq́, quod non ex emtione, ſed ex præſenti æſtimatione definitū fuerit, offerat, vel aliud pro eo mancipium præſtet. l. 2. inf. C. De patrib. qui fil. diſtrax. Cuiac. ad Paul. lib. 5. ſent. tit. 1. in
56. *fine. Libertas enim omnibus rebus favorabilior eſt. l. libertas. Et libertatis favore multa antiquos legumlatores contra communes iuris regulas ſtatuiſſe manifeſtum eſt, §. ult.*
57. *De donat. Quarto non habenti viam ad ſepulchrum præſes compellit vicinum iuſto precio iter præſtare.*
58. *l. ſi quis ſepulcrum. 12. De relig. & ſumt. fun. Ne videlicet inſepulta iaceant*

ceant cadavera. l. ſunt perſonæ 43. eod. ac per hoc injuria, quæ à mortuis arcenda eſt, Schneidwin. §. religioſum. num. 5. & 6. De rer. diviſ. 59.
afficiantur. l. quod ſi nulla. 28. d. tit. De relig. & ſumt. fun. Legũ latores 60.
enim mortuis religioſa jura tribuerunt, locumq́; cui mortui inferrentur religioſum eſſe voluerunt. d. §. religioſum. ac ſtudioſe dederunt operam, ne ulla hi injuria afficerentur, quum 61.
figura & figmentum Dei feris & volucribus in prædam non jacere, ſed terræ reddi, unde ortum eſt, debeat. Lactant. lib. 6. c. 12. Victorin. in 4. c. Tobiæ. Et corpora piorum ho- 62.
nore afficienda ſint, tum quia fue-

N runt

runt templa S. S. & organa divinarum actionum; tum quia ſtatutò tempore reſuſcitabuntur ad vitam & gloriam ſempiternam. fac. c. non æſtimemus circa fin. 13. q. 2. Idem Victorin. in c. 50. Genes. Auguſtin.
63. *lib. 1. De civit. Dei c. 13. Quare & Modeſtinus laudat heredem, qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundum ipſius voluntatem abjecit, ſed memoria humanæ conditionis ſepulturæ tradidit l. quidam. 27. De*
64. *condit. inſtit. Hinc etiam prætor judicium conſtituit in ſepulchrorum violatores. l. 3. De ſepulchro viol. quod infamiam irrogat, l. 1. eod. cum pœna pecuniaria vel etiam capitali*
d. l.

d. l. 3. in pr. l. 4. C. eod. Quod ad illos quoq; porrigi poteſt, qui furcis adfixos vel ſuſpenſos, aut denudant aut prorſus tollunt, Item qui tempore peſtis ſemimortuos aut laborantes necant vel deſerunt ſibi commiſſos. Weſenb. in paratitl. ff. eod. in fine. & probatur conſtit. Auguſti Elect. Saxon. p. 4. conſtit. 5. & 34. Quo quidem ſepulturæ favore & conſtitutum eſt, ne occaſione funeris vel ratione terræ, in qua defunctus debeat ſepeliri; vel ratione officii quidquam Clerici exigant. c. abolendæ. pen. De ſepult. Unde & rex Alfonſus paſtorem Eccleſiæ cuiusdam pagi, qui viduæ maritũ defun- 65. 66. 67.

ctum niſi prius exoluto ſepulturæ precio, ſepelire noluerat, in foveam iuſsit vivum defodi ad lumbos uſq́ᵹ, & in ea per totum biduum hærere ad pœnam avariciæ inhumanæ.
68. Schneidew. d. §. num. fin. Eandemq́ᵹ ob cauſſam nec in mortuos de reatu inquiri voluerunt. l. 1. C. Si reus vel accuſſ. mort. fuer §. ſi quis autem. De
69. ſuſp. tut. excepto ſolo læſæ maieſtatis & repetundarum crimine. l. quisquis C. Ad. L. Jul. maieſt. & l. ex
70. iudiciorum 20. De accuſat. Et heredes quos necem teſtatoris inultam omiſiſſe, & debitum pietatis officium neglexiſſe conſtiterit, tanquam indignos hereditate privârunt. l. 1. C. De

his

his quæ ut indig. auf. eamq; fiſco adplicandam ſtatuerunt. Gomez. variar. reſolut. tom. 3. c. 3. num. 53. l. heredem. 17. l. ei. 20. cum l. ſeq. ff. eod. ubi hoc etiam notabiliter extenditur ad maritum, qui tamen alias non eſt heres uxoris, ſicut nec uxor heres mariti. t. tt. C. Unde vir & uxor. Ideoq; ſi uxor alicuius fuerit occiſa, maritus eius necem vindicare debet, inſtituta accuſatione ex l. Cornelia de Sicariis, & viciſſim uxor mariti necem, ſi non ſit alius heres. Hoc niſi fecerit maritus, ab eo auferetur dos ſaltem eo caſu, quo de iure communi & ſtatutario poteſt retineri, ut in l. dos à patre. 4. & 71.

72. *ibi gl. fin. C. Sol. matrim. Et qui fœminam mortuam carnaliter cognoſcant (prout de libitinario quodam Ægyptio exemplum refert Herodotus lib. 2.) puniendos ſtatuerunt pœna l. fin. C. De ſepulc. viol. Damhoud. in pr. crimin. c. 96. Et ſepultu-*
73. *ram defunctorum impediri prætextu æris alieni ab iis contracti nec diſſoluti prohibuerunt. d. l. fin. juncta*
74. *Auth. qui domum. C. d. tt. Jureq́ʒ noviſſimo creditor ſepulturã impediens cadit á ſuo debito, aliaq́ʒ multa eſt obnoxius. Auth. item qui. C. d. tt. Nov. 60. c. 1. Nov. 115. c. 5. §. 1. Schneidew. d. §. religioſum. d. num. fin. Didac. Covarruv. variar. reſol.*

ſol. lib. 2.c. 1.num. 10. Gaill. tr. De arreſt. Imperii. c. 11. num. 28. & 28. Et mulieribus, quæ intra annum 15.
luctus defunctis maritis non contentæ primis nuptiis, ad ſecunda vota tranſirent, infamiæ notam inuſſerunt, c. ſi qui vero. 22. in pr. Nov. 22. Et bona defunctorum ſine domino 16.
jacere, ipſosq́; defunctos ſine ſucceſſoribus deceßiſſe videri non facilê ſunt paßi, ne ſcilicet ipſorum memoria inquietaretur à creditoribus. §. licet autem. verſic. valde enim in f. Quib. ex cauſsis man. non lic. §. quos a. verſ. ad huc autem. De bon. poſſeß. §. hoc reſcripto. De eo cui libert. cauſſa bon. addic. & l. 1. in pr. De ſuc-

 ceß.

ceſſ. edict. & l. & quia. 6. De in-
77. *terrogat. in jur. fac. Et heredem in-*
ſtitutum vel legatarium, qui con-
cumbat cum defuncti teſtatoris vi-
dua, hereditate & relicto indig-
num judicarunt. gl. in l. ſororem. 10.
ad verb. indignam. C. De his qui-
bus ut indign. Bart. in l. 1. num. 3.
78. *ff. eod. Item ad templum, cuius ædi-*
ficio ſpacii non ſatis ſit, coguntur vi-
cini areas domoſq; ſuas vendere. Iaſ.
79. *in l. 2. num. 4. Sol. matrim. Omnia*
enim poſt religionem ponenda ſunt
ut Valer. Maxim. in lib. 1. c. 1. ſcri-
80. *bit. Et ſtrictam rationem in ambi-*
guis religionum quæſtionibus non
nunquam omitti ſolere, ſummamq;
eſſe

eſſe rationem, quæ pro religione faciat, Papinianus tradit in d. l. ſunt perſonæ. 43. De relig. & ſumt. fun.

Quintò Princeps propter inſignem utilitatẽ publicam poteſt compellere ſubditũ, imo & Eccleſiam l. jubemus 14. Auth. ſed & permutare C. De ſacroſanct. Eccleſiis omni jure, ut rẽ ſuã ſibi vendant eamq́; illi tergiverſanti eripere æquiualente precio ſoluto, puta munitionem excitare velit, aut aquã ducere, aut imponere præſidium in arcem privati, nobilis, aut comitis ubi timetur de veriſimili incurſu hoſtiũ aut occupatione. Gaill. in tr. De arreſt. Imper. c. 10. numeor. 6. circa princ. Item prohibere cæſionem 81.

ſylvæ propè munitionem, ne ipſam arcem lignatio deficiat, etiamſi alii jus cæſionis habeant, dum tamē compenſatio in alio nemore fiat, quia vtilitas publica eſt juſta cauſſa. Bart. in l. quæcunq; num. 4. C. de fid. inſtrum. & jur. haſt. fiſc. Hippol. in pract. crim. §. aggredior. num. 74. Ægid. Tomat. De collect. fol. mihi 480. num. 31. l. fin. C. Si contra jus vel util. public. Jaſ. in l. ex hoc iure. num. 54. De iuſt. & iur. & in lege Barbarius. num. 24. & ſeqq. De offic. prætor. & addition. ad Bart. in l. item ſi verberatum. 15. §. Si
82. *quis rem. De rei vindic. Vtcunq; regulariter dominium rei meæ non po-*

teſt

teſt ſine facto meo tranſire ad alium, multo minus mihi eripi.l. venditor 13. §. ſi conſtat 1. Comm. prædior. Qua ratione et, dominus tenetur ſu- 38.
um agrum opportuno loco ſitum, ad erigendũ in eo gabalum aut patibulum, figendamvè crucem, aut palum, ſumendo de facinoroſis ſupplicio vendere magiſtratui. Iohann. Andreæ in addit. ad ſpeculat. Tit. De execut. ſent. Hippol. Marſil. in l. 1. num. 27. Ad L. Cornel. de ſicar. Quia publi- 84.
cè expedit, maleficia non remanere impunita. l. ita vulneratus. 51. § ult. Ad L. Aquil. l. licitatio. 9. §. quod illicitè. 5. De public. & vectigal. E- 85.
andemq́ ob cauſſam vicinus cogitur vicino

*ri, quum dotatas eſſe fœminas ad ſo-
bolem procreandam, replendámq; li-
beris hominibus civitatem, maximè
ſit neceſſarium. l. i. in f. eod. Sic quoq;* 89
*ſuſcipiens mandatum certo precio to-
tam rem emendi, quam ipſe cum a-
liis habet communem, cogitur alio-
rum partibus emtis, etiam ſuam
portionem mandatori vendere,
quanti ſcilicet aliorum portiones e-
mit; vel ſi nullum conſtitutum ſit
pretium, boni viri arbitratu id defi-
nire. Acccpta enim conditione man-
dati, totam rem comparandi, etiam
ſuæ in portionis alienationem conſen-
ſiſſe intelligitur. l. ſi fundum. 35.
Mandati. Et alioqui favorabilis eſt* 90

domi-

dominii conſolidatio, quod per partes diſtractum erat in plures dominos, propter vitandas diſcordias, quarum mater eſt communio l. cum pater. 79. §. dulciſsimis. 20. De leg.
91. *2. gl. in c. 1. diſtinct. 71. Item exponens rem ſuam venalem cogitur precium emtori vel invitus indicare, vel eam æſtimationem boni viri arbitrio permittere. Bart. in. leg. non enim per gl. ibid. Rer. amotar. Imol. & Joann. Andr. in c. 1. col. ult. De empt. & vend. Quamvis hæc ſententia Jaſoni & aliis in l. 1. num. 7. De æſtimat. act. & l. 1. De rer. permut. mira ac non ſatis probabilis videatur; Salvatur tamen*

mē à Petro Peckio. tract. De re nau-
tica. f. mihi 7. nimirum, quòd ſi quis
ſemel rem ſuā væno expoſuerit, pre-
cio etjam non taxato, ſecundariò ad
venditionē compelli, & juſtum boni
viri arbitrio valorē rei recipere de-
beat. Et in §. ſed & major. cum ſeqq. 92.
De his qui ſui vel al. jur. dominus co
gitur ſervos, in quos ſupra modum
ſævit, vendere. Quòd Reip. interſit, 93.
ne quis re ſua male utatur. Nam &
ſubjectis exiſtentibus opulentis im-
periū & fiſcus abundare intelligun-
tur. §. cogitatio. 1. in pr. Nov. 8. Gaill.
de Arreſt. Imp. c. 8. num. 4. dixi de
hoc ſupr. eod. cap. num. 27. 29. 38. &
39. Quare digna laude eſt ſeveritas. 94.
D. Adri-

D. Adriani, qui Vmbriciam quan-
dam matronam in quinquennium
relegavit, quod ex leviſsimis cauſis
ancillas atrociſsimè tractaſſet. l. 2.
95 *in fin. De his qui ſui vel al. jur. Ac-*
cedit huc, quòd ſcholaſtico litteris o-
peram daturo, commodamq́; habita-
tionem non invenienti, dominus te-
neatur ædes ſuas elocare. Mantua.
in l. dudum. num. 8. C. De contrah.
emt. vbi citat Bald. in l. 1. col. 4. Sol.
matrim. Argumentumq́; ducit à
venditione ad locationem (juxta l.
2. Locati) & oſtendit, locare domi-
num non minus cogi ob utilitatem
publicam, quàm vendere compella-
96. *tur. Sic quamvis quod ſemel Deo*
dica-

dicatum eſt, ad prophanos uſus converti nequeat, Tamen ob tres cauſas, licita eſt ſacrarum rerum alienatio. I. ob cauſam pietatis, qualis eſt redemtio captivorum §. Sacræ. De rer. diviſ. Hominum enim animæ quibuslibet rebus præponendæ ſunt, l ſancimus in fine. C. De Sacroſ. Eccleſ. II. ob cauſam neceſſitatis, qualis eſt exolutio æris alieni ab Eccleſia conflati. c. 6. §. in venerabilibus. 2. Nov. 120. aut alimenta pauperum: c. aurum. c. gloria. 12. q. 2. III. ob cauſſam inſignis utilitatis, ſi conditio Eccleſiæ inde fiat melior. d. c. 6. Nov. 120. Ad cujus tamen alienationis validitatem tria de-

bent concurrere. 1. Cauſſæ cognitio. 2. Auctoritas ſuperioris, id eſt, Epiſcopi ſeu prælati. 3. Conſenſus cleri ſeu capituli. Schneidew. in d. §. ſacræ. num. 8. cum ſeqq. Abbas in
97. *c. ſtatuimus. De tranſact. Et quoniam hunc ad locum favor utilitatis publicæ nos perduxit, non alienum erit eo de favore plura dicere. Itaq; regulæ loco nobis ſit, quod Cic. lib. 3. De legib. tradit, ſalutem populi ſupremam eſſe legem, & quod Julianus in d. l. ita vulneratus. 51. Ad L. Aquil. ſcribit, Multa jure civili contra rationem diſputandi, hoc eſt, ut gl. ibi exponit, contra ſtrictum rigorem ſeu apices juris pro utilitate com-*

te communi recepta eſſe. c. abbate §. ult. De ſent. & rei judic. in 6. l. un. §. hæc autem. 14. C. De caduc. toll. Jacobin. de feud. verſ. & cum molendinis. num. 3. in fin. Idq́; paucis exemplis doceamus, quum innumerabilibus probari poſſe Julianus affirmet. d. l. ita vulneratus. Ecce. Conditio legatis ad inducendam viduitatem appoſita pro nulla eſt. l. 98.
2. C. De ind. vid. toll. Jam hoc modo legatum Arethuſæ eſt, Si Ariciæ 99.
non nubat. Porrò nuptias ipſa difficulter alibi inveneret, quid dicemus? Fraudem legi viduitatem indictam tollenti factam intelligi, ipſoq́; reſcindendum jure eſſe, quod

fraudandæ legis gratia adſcriptum ſit, & legem utilem Reip. ſobolis ſcilicet procreandæ cauſſa latam, adjuvandam eſſe interpretatione. l. hoc modo. 64. De condit. & demon-
100. *ſtrat. Similiter qui ad libertatem pervenire non poſſunt, nimirum ea lege venditi ne manu mitterentur, propter hoc quod publicè utile eſt, poſſunt ad libertatem pervenire.*
101. *Generalis enim locutio propter favorem emolumenti publici, non reſtringitur ad habilitatem perſonarum. l. 3. §. hi quoq; 15. ubi Bart. num. 4. Ad Syllan. Et pro quiete*
102. *communi cunctis jus exercendæ publicæ ultionis indultum eſt. l. 2. in*

fin.

ſin. C. Quand. lic. unic. ſine jud. ſe vindic. Et ob favorem boni publici 103.
diſpoſitionis extenſio recipitur, in tantum, ut etjamſi lex pœnalis vel 104.
alia quævis odioſa potius reſtringenda arctandaq́ ſit quàm amplianda. c. odia & c. in pœnis. De reg. jur. in 6. l. cum quidam. 19. *De lib. & poſt. l. qui exceptionem.* 40. *De cond. indeb. quum ſemper proniores ad libe-* 105.
randum, quàm ad obligandum eſſe debeamus l. Arrianus 47. *De oblig. & act: multoq́ tutius ſit nocentem abſolvere, quàm innocentem condemnare. l. abſentem.* 5. *De pœn.* (*Unde & Bart. ſcriptum reliquit,* 106.
quamvis ex l. quiſquis 5. §. *filii. C.*

Ad L. Jul. majeſt. ob crimen læſæ majeſtatis à parentibus commiſſum, filii perpetua notentur infamia, omniq́ priventur dignitate, Illud tamen extendendum non eſſe ad nepotes, propterea quod appellatione filiorum in his, quæ ad pœnam & odium pertinent, non veniant nepotes. l. Lege Julia. 44. §. non obeſt. 2. De rit. nupt. Bart. in l. liberorum. 220. num. 6. De verb. ſignif.
107. *Nam in pœnalibus receptum eſt, non fieri extenſionem, quum pœnæ velut odioſæ reſtringendæ ſint, facta ſemper in meliorem partem interpretatione per l. factum cuiq́ ſuum. 155. §. fin. ibiq́ Gothofr. De reg. jur. & l.*

inter

interpretatione. pen. De pœn. Nec 108.
enim unquam pœnis locus eſt, niſi in caſibus expreſſis. l. etſi quis. 14. §. Divus. 14. De rel. et ſumt. fun) Ta- 109.
mẽ ad eos caſus, quibus utilitas publica ſeu Reip. ſalus continetur, odioſa pœnaliſve lex perinde ac favorabilis porrigatur, præſertim ubi par vel major ratio ſubſit. l. ſi quis id quod. 7. De jurisd. omn. judic. Bart. 111
in Aut. Sacramenta puberũ. C. ſi adverſus vẽd. & in l. quemadmodũ. 7. nũ. 4. C. De agr. et cenſit. lib. 11. Bald in l. 7. §. Celſus. 6. in verb. quæro. Ad L. Aquil. Rochꝰ Curt. de conſuet. ſect. 4. num. 20. 21 22. Cujus rei exemplũ 110.
habemꝰ in priuatione feudi quod adi-

*mitur vaſallo non tantum ob eas
cauſſas, quæ ab Oberto in uſib. feud.
referuntur, Sed etjam ex aliis æquè
gravibus & majoribus. §. item qui
2. verſ. Porrò Quæ fuit primi cauſſa
benef. amitt. In uſib. feud. lib. 2. Ita
ut judicis hac in re liberius ſit arbi-
trium ad ſimiles cauſſas ingratitu-
dinis vel delicti, quod feloniam vo-*
111 *cant, procedendi. Similiter licet
Imp. in §. aliud quoq; capitulum 3.
Nov.* 115. *certas ingratitudinis cau-
ſas, puta quatuordecim, enumeret,
propter quas liberi exheredari &
ab hereditate paterna excludi poſ-
ſint, Plures tamen præter ibi enu-
meratas per interpretationem vel
exten-*

extenſionem addi poſſe dubium non eſt, Alex. & Jaſ. in Auth. licet. C. De lib. præterit. cæteriq́; quos laudat Weſenb. in paratitl. ff. de lib. & poſt num. fin. Ant. Gomez. var. reſol. lib. j. c. 11. num. 12. Jul. Clar. §. teſtamentum q. 41. num. 2. Nec obſtat, quod Imp. in d. Novella. 112.
verſ. ut præter ipſas, prohibere videatur plures præter enumeratas addi. Hoc enim vult, nulli licere ex alia lege ingratitudinis cauſſam repetere. Quamvis enim odioſa ſit ex- 113.
heredatio, d. l. quidam 19. De lib. & poſt. ideoq́; non extendenda, d. l. factum 155. §. fin. De reg. jur. d. c. odia eod. in 6. Multò magis tamen

odioſa eſt, & execrabilis liberorum
114. *erga parentes ingratitudo, quum*
ſpecies vel modi una omnes regula
vel enumeratione comprehendi ne-
queant. l. un. ibiq; DD. C. De in-
115. *grat. libert. infinitaq; ſit hominum*
malitia, cui non indulgendum, ſed o-
mnibus modis obviandum l. in fun-
do 38. ibiq; gl. verb. indulgendum.
citans iura concord. De rei vindic.
Hancq; commun. DD. opinionem
pulcro argumento confirmat Cujac.
Nov. 18. f. mihi 369. quamvis ea
diſpliceat Virgl. in §. ult. De ex-
116. *hered. liberor. Præterea quamvis*
pœnæ ſuos debeant tenere auctores,
l. emancipatum. 7. in f. De Sena-
tor.

tor. l. adoptivum 8. §. ult. in f. De in jus voc. l. generali. 34. §. fin. De rit. nupt. l. crimen. 26. De pœn. Non tamen injuſtum eſt, eum, qui 117. *maleficium procuret perpetrandum, eadem pœna plecti, qua punitur ipſe delinquens d. l. ſi quis id quod. 7. De juriſd. omn. judic. quum utriuſq; pœna juxta eo pertineat, ut pacata ſit & quieta provincia, maliſq; hominibus careat. l. congruit. 13. de offic. præſid. Felin. in c. quantæ num. 1. De ſent. excommunic. Quod ſi verba legis eo uſq; non extenderis, profecto iſtud abſurdum neceſſario conſequetur, quod impune futura ſit improbitas ſua* 118.
pro-

procuratori delicti, Id quod à legibus abhorret. l. ſi longius 18. §. ſi filius f. 1. De judic. cum ſimil. ibi alleg. à Gothofr. Bart. in l. 2. §. exercitium num. 2. De his qui not. infam.
119. *Quum juvare alios ſuadendo in delictis, ſceleris inſtar habeatur l. aut*
120. *facta. 16. in pr. De pœn. Imò plus ſit perſuadere malum, quàm ad id compellere. l. j. §. perſuadere 3. De ſerv. corrupto. Vid. omninò Gaill. de pac. publ. l. 1. c. 1. num. 43. cum ſeqq. uſq; ad fin. cap. & lib. 2. c. 10. num. 26. verſ. & de materia. Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 88. Gomez. variar. reſol. tom. 3. c. 3. num. 41. Stephan. Bodæum ad §. 1. Inſt. De*
man-

mandato fol. mihi 228. Qua ratio- 121.
ne non minus recte reſpondet Ioann. Andr. in addit. ad Speculat. Tit. De denunciat. §. 1. Si accuſatori aleatorum lege municipali conſtitutum ſit præmium, puta dimidia pœnæ portio, idem quoq́; deberi denunciatori argum. l. eum patronum 10. De jur. patron. ubi qui detulit nomen liberti, accuſaſſe eum intelligitur. Non 122.
idem dicemus de eo, cujus ex delicto publicà aliqua utilitas ſequitur. Vt ſi quis res alienas ſurripuerit, & inter res furtivas proditionis litteras invenerit, quas magiſtratui eius loci, in quo furtum factum eſt, exhibuerit, atq́; ita maximum à Republ. peri-

periculum averterit: Nam ſiquidem hoc fecerit animo furandi, voluntate in furtum, atq; adeo in rem illicitam directa, dicendum erit, eum omnino furtum committere, propter quod puniendus erit, licet ex accidenti litteras proditionis intercipiens Remp. diſcrimine ingenti liberarit. c. relegentes. 23. q. 5. Ne ex delicto & dolo fur lucrum capiat. l. non fraudantur. 134. §. nemo. 1. De reg. jur. aut præmio afficiatur. Gaill.
123. *lib. 2. De pac. publ. c. 11. num. 6. Sic etiam taciturnitas in favorē Reip. habetur pro conſenſu. l. 2. in princ. Ad municip. l. honores. 7. in f. De decur. utcunq; regulariter ad effica-*
ciam

ciam non habeatur pro conſenſu. l. filiusf. 8. §. invitum. 1. ubi & gl. De procurat. l. ſicut 8. §. non videtur. 15. Quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvit. Menoch. de præſumt. lib. 3. præſumt. 29. num. 90. & præſumt. 42. num. 11. Et reſcriptum principis contra publicam utilitatem impetratum, nullius eſt momenti. l. jubemus. 10. C. De Sacroſ. Eccleſ. l. ult. C. Si contra jus vel utilit. pub. 124.

Et geſta per inhabilem perſonam valent propter utilitatem publicam. l. 3. De offic. prætor. l. 1. C. De teſtam. l. 2. C. De ſent. & interlocut. omn. jud. 125.

Nam favore publicæ utilitatis generalis locutio non reſtringitur 126.

ad ha-

ad habiles perſonas. l. 3. §. hi quoq;.
127. *15. De Senatus conſ. Syllan. Cui conſentaneum eſt, etiam clericis contributionem extra ordinem indici poſſe exigente utilitate publica. Bart. in l. nullus. 21. C. De curſ.*
128. *publ. lib. 12. Et generales exemtiones ſeu immunitates non produci ad caſus neceſſariarum contributionũ, conſervandæ utilitatis publicæ cauſſa indictarum l. 1. C. Vt nem. lic. in emt. ſpec. ſe excuſ. lib. 10. Et tem-*
129. *pla invitis eccleſiaſticis, caſtellaq; invitis vaſallis. Jacobin. de feud. in verſic. De caſtro rubei montis. num. 12. 14. 20. converti poſſe in arces, caſtella, munitiones, ad defenſionem*
ſub-

ſubditorum Cyn. Caſtrenſ. & DD. in l. nullus C. De ſum. trin. & fid. cathol. Innocent. in c. cum Eccleſia. 5. De immun. eccleſ. Everhard. in Top. De perſona ad locum. fol. mihi 451. Et reſcriptum principis, etiamſi adverſetur libertati clericorum. 130.
Bald. in c. Eccleſia S. Mariæ in 2. col. verſic. idem videtur dicendum. De conſtit. aut iuri communi: tamen ſi ſpectet ad publicam utilitatem, valere: utcunque non habeat inſertam clauſulam derogatoriam. Non obſtante ec. Bart. in tr. ad Reprimendum. verſ. non obſtante. num. 3. Eo ipſo enim quod poſteriore lege melius conſultum Reip. vult eſſe

 prin-

princeps, priorem abrogare intelligitur, per l. quidam conſulebant. 57.
131. *inf. De re judic. Et clericos ad tutelam cuſtodiamq́; publicam ab excubiis agendis in mœnibus oppidi periclitantis non excuſari. c. pervenit. De immunit. Eccleſ. Jacob. Concennat. lib. 2. quæſt. jur. ſing. q. 19. Quamvis contrarium doceat Maſuer. in addit. ad pract. Papienſ. f. mihi 12. lit. G.*
132 *Et naves Eccleſiæ cogi onera vel rerum vel perſonarum ferre pro utilitatibus publicis. d. l. jubemus. 10. C. De ſacroſ. Eccleſ.*
133. *Sicut & favore utilitatis publicæ ea, quæ exorbitant à jure communi propter rationis paritatem porriguntur ad ca-*

caſus ſimiles. Bart. in l. ſi conſtante 25. §. 1. num. 44. Sol. matr. l. cætera. 41. §. hoc ſenatus conſultũ 6. De leg. 1. Nam & ſtatutum eo ipſo, quod utili- 134.
tatem publicã juvat aut conſervat, pium & favore dignum eſt. Ludovic. Roman. conſ. 23. Et è duobus ſta- 135.
tutis illud cenſetur ſpecialius, quod magis tendit ad favorem utilitatis publicæ. Quod oſtendiſſe duab⁹ legibus in præſentia ſufficiat. Videlicet l. properandũ 13. §. fin. C. De judic. et l. ult. C. In quib. cauſ. reſtit. non eſt neceſſ. In hac enim poſteriore lege Juſtinian⁹ tradit, præſcriptiones cõtra minores nõ currere ipſo jure, idq́; eo loco, quo præſcriptionis mentionẽ
 facit,

facit, dixiſſe ſatis eſt. In illa autem lege jubet tutores, curatores, procuratores minorum, per quos factum ſit, quo minus cauſſa triennio terminaretur; omne damnum pupillo adultovè reſarcire, lite nihilominus ſuum habente vigorem, neq; ad reſtitutionis auxilium, niſi in ſubſidium pervenire, hoc eſt, ſi pupillis minoribuſvè horum facultates ad reficiendum detrimentum non ſuppetant. Ex quo conficitur dirimendarum litium, tranquillandæq; reip. favorem, quàm reſtituendorum mino-
136. *rum potiorem eſſe. Ejuſdem generis eſt, quod ad beſtias damnati, aliovè ſupplicii genere conſumendi, ſi periti*

ſint

ſint artifices, reiq́ publicæ commodis non parum inſervire queant, non ſunt puniendi, antequam de iis princeps conſultus ſit. l. ad beſtias 31. ibiq́ Gothofr. De pœn. Jul. Clar. in pract. crim. q. 60. num. 26. Tiraq. de pœnis. cauſſa. 50. etiamſi ab exe- 137. *cutione regulariter provocare non liceat. l. ab executione. 5. C. Quor. appell. non recip. ubi Gothofr. Wurmſer. lib. 1. forenſ. obſervat. Tit. De appellat. obs. 11. Et licet* 138. *prohibitum ſit homini religioſo, de una monachorum familia migrare ad aliam: Tamen ſi puro corde, bona conſcientia & fide non ficta, exercendæ pietatis, & diſciplinæ arctio-*

ris atq; caſtigatioris vitæ gratia tranſire quis intendat ad alium ordinem, venia non eſt ei deneganda, & ſi denegetur, nihilominus poteſt emigrare. Vt enim majus bonũ minori præfertur; ita communis utilitas ſpeciali præfertur, c. licet 18. De
139. *regular. Et Cardinales atq; prælati obedientiæ Pontif. Rom. ſuppoſiti, etiam reclamante pontifice, poſſunt proficiſci ad concilium Reip. cauſſa indictum, puta, ad componendum ſchiſma pontificum inter ſe aut de pontificatu diſsidentium. Felin. ex Petro de monte in c. nonnulli. verſic. ad evitandos. num. 16. De reſcript.*
140. *Et quanquam jure Pontificio cau-*
tum

tum ſit, ne unus homo plura poſſideat beneficia Eccleſiaſtica. c. cum jamdudum 18. De præbend. & dignit. Tamen utilitas publica pluralitatē beneficiorum admittit in perſonis induſtria & doctrina ſingulari præditis, quibus Eccleſia ad conſtituendam & regendam gubernationem ſuam permaximè indiget. Innocent. in d. c. cum jamdudum. & c. cum ex eo. 34. De elect. in 6. c. de multa. 28. De præbēd. c. fin. De magiſtr. Poteſt 141.
etiam judex ob utilitatem publicam abſolvere ab excōmmunicatione non petentem. Abb. in c. apoſtolicæ in 2. col. De except. Et inſpectores ſeu 142.
magiſtri platearum vicorumvè in

oppidis poſſunt impunè diruere omnia, quæ vel in foro, vel in publico quocunq; loco contra ornatum & commodum ac decoram faciem civitatis extructa ſunt, aut è quibus incendium vel inſidias reformidare neceſſe habeat vicinia, aut quibus coanguſtentur ſpacia platearum, vel minuatur porticuum latitudo. l. præſcriptio. 6. l. ædificia 14. C. De oper-
143. *rib. publ. Eaſdemq; ob cauſſas jus ſpeciale in ſuperficiario eſt introductum, Vide Pinell. ad l. 1. C. De bon.*
144. *matern. p. 3. fol. mihi 339. Nec tenentur vicini reficere domum vicini incendio comprehenſam, & ne latius id ſerpat, ab ipſis ſolo æquatam.*

Bart.

Bart. in l. ſi alius 7. §. eſt. & alia 4. Quod vi aut clam. Nã everſa domo interdum Reip. ſtatus manere poteſt; urbis autem ruina omnes penates ſecum trahat neceſſe eſt, ut eleganter Valer. Maxim. lib. 5. c. 6. 145.
in pr. ſcribit. Et uſus neceſſarii ad ædificandum lapidis intercludi non debet, etiamſi invito domino fundi, in quo lapidicina eſt, lapidem nemo cædere poteſt. l. venditor. 13. §. ſi conſtat. 1. Comm. prædior. Ne materia reparandis domibus dirutis neglectiſq; deſit, neve ruinis publicus oppidorum aſpectus deformatus jaceat, l. 2. & l. ſingularum. 8. C. De ædific. privat. Sicut eandem 146.

quoq; ob cauſam, qui pecuniam ad refectionem ædium mutuò dedit, privilegium exigendi præ reliquis creditoribus habet. l. creditor 25. De
147. *reb. cred. ubi Gothofr. Et qui tignum ædibus ſuis junxit, non tenetur eum eximere, ſed duplum eius precii præſtando liberatur, ne ædificia reſcindantur. §. cum in ſuo. De rer.*
148. *diviſ. Et rivos ſeu cloacas reficere aut purgare, nemo novi operis nunciatione impedire poteſt, quum publicæ ſalutis & ſecuritatis interſit, cloacas & rivos purgari. l. 5. §. ſi quis rivos.* 11. *De oper. novi*
149. *nunciat. Et licet legatum eorum, quæ injuncta ſunt ædibus ad nihilum recidat,*

dat, niſi quod æſtimatio eorum debetur. l. 43. in pr. De legat. 1. Tamen ad opus Reip. faciendum legata detrahi ex ædibus poſſunt. l. cætera. 41. §. ſed & ſi quis. 5. eod. Et quilibet po- 150.
teſt fodere metalla in alieno fundo, etiam invito fundi domino propter utilitatem publicam. Jacobin. de feud. verſic. & cum argentifodinis num. 1. & addit. ad Bartol. in l. 1. C. De theſaur. lib. 10.

Et qui puteum vel clibanum, 151.
quem cum vicinis ſibi communem neceſſe ſit purgare vel reparare, nolit amplius uſurpare, ſed ejus uſu atq; jure ſe abdicare paratus ſit, dummodo à contributione ſumtuum

ad

ad refectionem vel purgationem neceſſariorum ſeſe liberet, non auditur propter utilitatem publicam. Iaſ. in l. 2. num. 26. C. De jur. Emphyt.
152. *Peræquè licet in omnibus in factum conceptio ſtipulationibus id quod intereſt ſuccedat loco facti. l. 72. §. fin. De verb. obligat. tùm quia incivile eſt, & ſpeciem quandam ſervitutis habet, invitum hominem ad faciendum cogere. l. moris. 9. §. interdici. 10. De pœn. tùm quia obligationes facti incertæ ſunt, id eſt, non appâret, quantum interſit actoris factum fuiſſe, antequam ab eo probetur §. fin. De verb. obligat. Tamen promiſſor præciſè ad faciendum*

dum cogi poteſt, ſi Reip ſalus, utilitaſvé in eo verſetur. Bald. in l. ſi traditio. in pr. C. De act. emt. l. ſtipulatio. ibiq; Accurſ. De oper nov. nunc. Et ſtatutum nunquam recipit interpretationem contra Rempub. in eo, quod pertinet ad alios. Jacob. Butrigar. in l. 2. C. An ſerv. ex ſuo fact. Et plenum atq; generale arbitrium intelligitur à Rep. eatenus non conceſſum, ut offendat imminuatué bonum publicum. Bald. in l. milites. C. De teſtam. milit. Idemq; judicium eſto de ſimilibus. 153. 154.

CAPVT IX.

SVMMÆ.

Quæ

1. *Quæ ſint affinia juri in homines proprios.*
2. *Primò ſervitus priſca.*
3. *Secundò conditio libertorum.*
4. *Tertiò colonorum adſcript. & origin.*
5. *Quartò Emphyteutarum.*
6. *Quintò vaſallorum.*
7. *Sextò, qui ex contractu cenſuali libellario, ſuperficiario, precario & ſimilibus prædia poßident.*
9. *Septimò jus antiquum circa debitores non ſolvendo exiſtentes.*
10. *Quod jure civili immutatum eſt.*
11. 13. *Iniquum eſt quem ex cauſſa pecuniaria corpore obligari.*
12. *In delictis qui caret ære, corpore luit.*
14. 15. *Nemo membrorum ſuorum dominus aut ultra quam facere poteſt obligatur.*
16. *Cur Romani fures capite non punirent.*
17. 18. *Ius vetus circa debitores rurſus inductum.*
19. *Iure Saxon. debitor credtori addicitur ad manum.*
20. *Idq́ à veteribus Romanis defluxiſſe videri.*
21. *An etiam tale ſtatutum de jure ſit validum.*
22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. *Et rationes decidendi* 29. *Creditor tenetur ſatiſdare uxori & liberis debitoris, de eo non lædendo, operaſq́ ejus ſingulos dies æſtimare.*
30. *Forma ſententiæ ſuper hoc caſu.*
31. *An debitorem aufugientem creditor poſſit retrahere.*

32. *An ſi debitorem creditor alere nolit, ſit juratæ ſuæ cautioni relinquendus.*
33. *Forma juramenti à debitore præſtandi.*
34. *Quatenus ar. 39. lib. 3.* Landr. *& c. 27.* weichb. *obtineant aut limitentur remiſsivè.*
35. 38. 39. *Actio ex dd. locis inſtituta utrum pro criminali an civili habenda.*
36. *Argumentum à definitione ad definitum valet.*
37. *Criminalis cauſſa quæ dicatur ju. Civ. & Saxonico.*
40. *Actio præjudicialis quæ.*
41. *Minima capitis diminutio.*
43. *Mutatio ſtatus eſt cauſa magni præjudicij.*

QVÆSTIO VI. PRINcipalis.

Sexta quæſtio principalis eſt, Quæ ſint cognata ſeu affinia huic, de quo hactenus dictum eſt, juri in homines ſuos dominico. Et quanquam ex ſuperioribus facilè id adparet, tamen breviſsimè repetamus. Primò

igitur ſervitus priſca eſt. t. tt. De his qui ſui vel al. jur.

3. *Secundò libertorum conditio. tit. De jur. patron. De operis libert. De obſeq. par. & patr. præſtand. De manumiß.*

4. *Tertiò adſcriptitiorum & originariorum colonorum tit. C. De agric. & cenſit. lib.* 11.

5. *Quartò Emphyteutarum. §. adeo. Inſt. De locat. t. tt. C. De jur. Emphyteut.*

6. *Quintò vaſallorū. In uſib. feud.*

Sextò eorum, qui ex contractu cenſuali, libellario, ſuperficiario, precario, & ſimilibus prædia poßident, de quibus Minzing. in d. §. adeò.

adeò. Itaq; omnia quæ de illis conſti- 7.
tuta, ſancitaq; ſunt, huc transferri debent, & in hoc tractatu obtinent, quatenus quidem cum foro & moribus noſtris conveniant, ſicut in pr. hujus tractatus monuimus.

Deniq; adfinitatem quandam 8.
cum hac materia habet jus illud antiquum XII. tab. circa debitores introductum, quo jure debitor non ſolvendo exiſtens in carcerē contrudebatur, aut compeditus in ſervitutem
redigebatur. Vnde et addictorum et 9.
Nexorū et vinctorum adpellationes debitoribus ejuſmodi paſſim apud auctores tribuuntur. Imò etiam corpus talīū debitorum diſſecari, & in-

ter plures creditores loco ſolutionis dividi jure XII. tabularum licitum fuit, ut pulcrè hoc tradit Gellius lib. 20. c. 1. noct. Attic. Quint. lib. 3. c. 8. & lib. 7. c. 4. Livius. lib. 6. Didac. Covarruv. lib. 2 var. reſol. c. 1. M. Anton. Cucchus de morat. præſcrip. num. 19. & ſeq. Gaill. lib. 2. De pac. publ. c. 2. num 23. verſ. Jure verò. Cujac. ad Nov. 135. Hotom. quæſt. illuſtri. 24. Quam pœnæ ſpeciem & text. ipſe in l fin. C. Qui bon. ced. poſſ. ſentire videtur, in verb. Salva eorũ videlicet exiſtimatione, et omni cor-
10. *porali cruciatu ſemoto. Hic tamen rigor paulatim ac præſertim per L. Juliam. l. 4. C. eod. immutatus & ſub-*

ſublatus eſt debitoribus miſerabili indulto beneficio ceßionis bonorum ſuorum, quæ creditores, ſi eis videretur, publicè conſtituta auctione divẽderent, ut patet ex t. tt. ff. De ceß. bon. & t. tt. C. Qui bon. ced. poß. & §. fin. De act. Iniquum quippe atq; in 11.
humanum putarunt Impp. corp⁹ debitoris, non ex delictis. (Nam in cri- 12.
minibus, qui non habet in ære, luit in corpore. l. fin. De in jus voc.) ſed ex 13.
cauſa civili, puta ob æs alienum obligati, magiſq; fortunæ injuria, quàm ſua culpa & nequitia ad egeſtatem redacti, obſtringi, quum nemo mem- 14.
brorum ſuorum ſit dominus l. liber homo. 13. cum ibi not. Ad L. Aquil.

Thom. Grammat. in deciſ. Neapolit. 44. Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. cent 3. caſu. 284. Bart. in l. 1. §. uſq; adeò De iniur: & in l. tranſigere. 17. C. De tranſact. Guido Papæ deciſ. Gratianop. q. 278. Angel. in l. nemo poteſt. De leg. 1. Bart. & alii in l. Titio centum. §. 2. De condit. & demonſtr. Tiraq. de pœn.
15. *cauſſa. 47. Nec & ultra quàm in ære habeat aut ſolvere poßit teneatur l. itaq;. 12. in f. De furt. §. quod autem Nov. 7. c. Odoardus. De ſolut. & ibi gl. fin. l. 1. C. Qui bon. ced. poſſ. l. 6. De dol. mal. c.*
16. *lator. De pignor. Quemadmodum & eandem ob cauſſam. vete-*

res

res Romani non capite, ſed pecunia tantum furem plectebant, quo & delicti & pœnæ par eſſet ratio. §. conceptum. §. dupli. De act. l. quid ergo 12. §. pœn. De his qui not. infam. Verùm ingraveſcente poſtea multorum improborum ac leviſsimorum hominum malitia, fraude & perfidia, qui prava rei familiaris adminiſtratione per luxuriam ſponte bona ſua effunderent, atq; conſumerent, cum maxima creditorum jactura, hac ſola ſpe freti ſe tandem dilapidatis omnibus, aut clanculum pecuniis corraſis, alioq; aſportatis hoc ceſsionis auxilio liberatum iri. Neceſsitatis in- 1.

*evitabile telum coêgit magiſtratus
priſci Rom. juris duritatem rurſum
inducere, ad cohibendum ſalutaris
bonorum̃ ceſſionis remedii abuſum.
Quare aliquibus in locis tales deco-
ctores per cornicinem vicatim tan-
quam infames proclamare cœpe-
runt, alibi carceri ad eum uſum de-
ſtinato, incluſerunt, aut urbe vel re-
gione exulare juſſerunt, aliiſq; pœ-
19. narum modis proſequuti ſunt. Vn-
de & apud Saxones viros graves
& conſtantes uſu receptum fuit, ut
debitores, qui nimium mutuando
aliis imponunt, aut ſeipſos ære alie-
no ita obruunt, ut nunquam ſol-*

ven-

vendo ſint futuri, creditoribus ad manum loco pignoris addicantur, text. eſt in art. 39. lib. 3. Landtr. Weichb. c. 27. & traditur in 10. differ. ubi dicitur illud ſervari in practica & voluit König c. 103. Tit. vom gerichtlichen pfande §. aber nach den Sachſen rechten. Eumq́ morem à Romanis fluxiſſe, vel unicus ille Terentii locus in Phormione act. 2. Scen. 2. teſtis eſt, ubi Phormio introducitur ita loquens.

Aliis aliunde eſt periculum unde
aliquid abradi poteſt.
Mihi ſciunt nihil eſſe. Dices, Ducent damnatum domum.

Alere nolunt hominem edacem.

21. *Et tale ſtatutum de iure valere nemo dubitare poteſt. Id enim voluit Panormit. in conſ. 47. Zaſ. lib. 2. reſponſ. c. 8. & expreſſè probat, Antonius de Canario in tr. De execut. inſtrum. num. 67. & 68. Nam hoc caſu deficientibus omnibus aliis remediis, tandem neceſſariò devenitur ad ipſius debitoris perſonam,*

22. *Ratio eſt: Primò, quod Reip. interſit ea ſeveritate homines prodigos perterrefieri ad accuratius adminiſtrandam œconomiam ſuam & evitandam æris alieni contractionem, quum expediat magiſtratui habere ſubditos locupletes, per*

alleg.

alleg. ſupra cap. præced. num. 93. c. ſi quis obiecerit, & ibi not. in verb. nullo. 1. *q.* 3. *Secundò, quia* 23 7.
pauperibus qui ſua culpa & vicio in egeſtatem incidunt, non eſt ſubveniendum c. non ſatis. §. 1. *diſt.* 86. *gl. in c. quæ in eccleſiarum. De conſtitut. quum ſit juſtum malè de ſe & de aliis meritos penuria laborare. l. bona fides.* 31. *Depoſ. not. gl. in verb. prodigalitatis in c. rerum parte. De conſuetud. Qua* 24.
de cauſſa & publicis principum conſtitutionibus cautum eſt, ne validis mendicantibus ſuccurratur. t. tt. C. De mendic. valid. lib. 11. *con-*

ſentit ordinat. Politica Megap. Tit. von Zauberey/ Warſagern *&c.* §. es ſol auch eine jede Obrigkeit.

25. *Tertiò, quia in decoctoribus & conflatoribus æris alieni regulariter ineſt animus defraudandi creditores,*

26. *Nemini autem ſua fraus prodeſſe debet, aut patrocinari per vulgar.*

27. *Unde & quæ in fraudem creditorum fiunt, edicto prætoris reſtituuntur. t. tt. ff. Quæ in fraud. cred.*

28. *Et diſertè etiam jure communi excluduntur à beneficio ceſſionis tum ij, qui in fraudem creditorum alienarunt bona ſua, ut amplius non extent. l. fin. §. fin. juncta gl. d. tt. tum hi, qui ſcientes ſe ſolvendo non*

eſſe,

eſſe, ſpe tamen ceſſionis mutuam pecuniam ſumunt, argto. l. pen. De jur. dot. vide. Benevenut. Straccam de mercat. in verſ. decoctoribus. f. 357. Ne tamen ſervitus 29.
hæc, in quam debitor jure Saxonico incidit, & quæ privato carceri non eſt abſimilis, perpetuò duret, ſed ſpes ſit remiſſionis; conſtitutum eſt, itaq; uſu obſervatur, ut creditor extra territorium debitoris habens domicilium, ſi eum ſecum velit abducere, teneatur ſatisdare uxori & liberis debitoris, de eo alendo, & de non lædendo, ac finita obligatione, reſtituendo. Coler. de proceſſib. executivis p. 1. c. 6. num. 124. operæq; debitoris

toris in dies ſingulos veniunt æſtimandæ. ibid. num. 125. text. & gl. in d. c. 27. Weichb. & d. art.
30. 39. lib. 3. Landtr. Sententia ſolet concipi ferè his verbis. Auff Supplication des Gefangenen Schüldners D. eins/ wider M. Creditorn anders theils/ Iſt erkandt/ das genandter Supplicant vnnd Schüldner ſeiner hafft billig entledigt vñ dagegen ſeinem Creditorn M. vor ſeine bekentliche ſchult zum pfande an die handt vberantwortet/ vnd gelieffert wirt/ jme M. gleich wie ein ander Taglöner oder Geſinde zu arbeiten / Dagegen iſt M. ſchüldig jhne D. mit notturfftiger ſpeiſung gleich ſeinem geſinde zu vnderhalten//jhme auch noch täg-

lich dazu 2. ß. Lübeckiſch zu Tag-
lohn zuentrichtē/ oder an der ſchult-
Summ abzurechnen / bis ſo lang
D. die gantze Schult loß vnd abge-
arbeitet haben wirt/ Es ſtehet auch
M. frey/ſonderlich da er ſich befah-
ret/ das jhme D. entlauffen möch-
te/jhne zimlicher maſſen in Hälden
oder Feſſel zu ſpannen/doch ſonſten
mit einiger peinigung oder beleidi-
gung an ſeinem Leib oder geſundt-
heit mit nichten zubeſchweren V.
R. W.

Quod ſi debitor addictus effu- 31.
giat, retrahi à creditore poteſt, ju-
dici tamen ſiſtendus: d. c. 27. §. fin.
inf. Weichb. *Coler. de proceß. ex-*
ecut. p. 1. c. 3. num. 114. & 148.
& ſeq.

ſeq. Sed quid ſi debitorem alere nolit creditor? Juratæ ſuæ cautioni relinquendus erit, ſe, ſi ad pinguiorem fortunam pervenerit, ſatisfacturum quatenus poterit. Weſ. in paratitl. ff. De ceſſ. bon. num. 5.

33. *Forma juramenti talis eſt.*

Jch ſchwere nach dem N. N. alhie auff anhalten M. dem ich mit N. N. bekandter vnnd geſtandener ſchult verhafftet bin / vnd nicht bezahlen können / mich in gefengliche hafft genommen vnd bishero mich darin enthalten / vnnd darauff M. frey geſtellet / ob er nach Sachſen recht mich an die handt annehmen / vnd die Schuldt abdienen vnd abarbeiten laſſen / auch dagegen gleich ſeinem andern geſinde ſpeiſen wolte / Er aber daſſelbige zuthun ſich

geweigert/ vnd ich alſo heute durch N.N. aus richterlichem Ampte gedachter meiner hafft erledigt bin worden/ das ich/ wan ich künfftiglich etwas erwerben vnd verdienen werde/ meinen glaubiger M. nach vermügen/ davon bezahlen vnd zu frieden ſtellen wil/ Als mir Gott helffe. etc.

Porrò quatenus d. art. 39. lib. 3. Landr. *et d. c. 27.* Weichb. *obtineat & limitetur v. omninò Joachimum Beuſt. in l. admonendi num. 343. De jureiur. & Bartolom. Socin. in falent. reg. 65. 66. 67.*

Coronidis loco ſit illa quæſtio, ſi actio inſtitueretur ex d. art. 39. & d. c. 27. utrum pro criminali an civili ſit habenda? Et criminalem non 35.

eſſe

*eſſe arguitur à definitione ad defi-
nitum, quod argumentum eſt per-
miſſum, Everh. in Top. loco A
37. definitione. Sed definitio cri-
minalis cauſſæ eſt de jure communi,
quando agitur ad pœnam corpora-
lem vel pecuniariam applicandam
fiſco. Jaſ. in. Rubr. C. De judic.
Dec. in Rubr. extr. eod. De jure
verò Saxonico dicitur cauſſa crimi-
nalis quando pœna corporalis infli-
gitur,* was an haut vnd haar/ oder
was auff leibs ſtraffe geklagt wirt
38 *art. 68. lib.* 1. Landtr. *Neutrum
autem hic fit, nec enim corporaliter,
nec pecuniariè punitur. Nam etſi
in ſervitutem loco pignoris tradi-
tur,*

tur, & ut loquitur text. in d. art. 39. der glaubiger ſol jhn haben/ als ein Pfandt vor die Schuldt. *Ratione tamen ſervitutis cauſſa criminalis dici non poteſt. Sed quum ſit* 39.
cauſſa ſtatus, in quo quis redigitur ad quandam ſervitutem, Ideoq; refertur hæc actio inter actiones præjudiciales ſaltem utiles, de quibus textus loquitur in §. præjudiciales. De act. Actio enim præjudicialis 40.
eſt, quæ reſpicit ſtatum perſonæ, ſcilicet ſervitutis, filiationis, ingenuitatis, ut ibi traditur & habetur per Marant. de ord. jud. diſt. 20. p. 4. f. mihi. 256. Eadem actio perti- 41.

net ad titulum. De cap. diminut. Eſt enim minima capitis diminutio, quando civitas & libertas retinetur, ſed tantum quis alieno iuri ſubiicitur, §. minima. De cap. di-
42. *min. Quare non ſequitur, Debitor in ſervitutem creditoris tanquam pignus redigitur. Ergò cauſa eſt criminalis. Negatur conſequentia, Nam quia ſolummodò pignoris loco eſt, & ita alieno iuri ſubiicitur, propterea ſtatum capitis diminutione mutat, & incidit hæc actio inter præiudiciales, quæ minimè criminalibus poterit accenſeri:*
43. *Atq; ita ex definitione cauſæ cri-*

mi-

minalis huiuſmodi actio præiudicialis pro criminali non eſt habenda, Sed aliâs reputatur cauſſa magni præiudicii ob mutationem ſtatus perſonæ. Et huiuſmodi actio præiudicialis non eſt perſonalis, ut videtur, ſed potius realis, pertinet enim ad rem ſeu ſtatum, qui perſonæ inhæret, ut concludunt gl. Aretin. Jaſ. & alii in d. §. præiudiciales. 44
Imò apertè decidunt hunc caſum Faber. Jaſ. & alii in d. §. præiudiciales, ubi generaliter concludunt, quando quis agit pro iure in alicuius perſona ſive ex iure, ſive ex ſtatuto aut conſuetudine, tunc tali a- 45

genti competit utilis actio præiudicialis, iurib. & rationib. ibi per eos. Sed in caſu noſtro creditor agit ex iure municipali ratione iuris ſibi attributi. Ergo ſequitur optima conſequentia, Quod ſit actio præiudicialis utilis, & per conſequens neutiquam eſt criminalis, Actiones enim præiudiciales non cenſentur criminales, §. præiudiciales, ſed potius iuxta commun. opin. reales, ut ſupra
46. *dictum eſt. Plura de ceſsione bonorum qui cupit, inſpiciat Weſ. conſ. 49. & conſ. 50. p. 1. Schneidewin. & DD. in §. ult. De act. Matth. Brun. Arimin. tr. De ceſs. bon.*

Beuſt.

Beuſt. loco præalleg. M. Anton. Cucchum de morat. præſcript. Benevenutum Straccam De mercatura, & alios, quos referre laborioſum magis eſſet quàm ingenioſum. Nobis ea ſolummodò quæ huc facerent, attigiſſe ſufficiat.

FINIS.

HAMBVRGI
Ex officina Jacobi Wolfii.

M. D. XC.